UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Syntagma Ivris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||

**Grégoire, Pierre**

**Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.**

**VD16 VD16 G 2999**

Lib. L. De Sententia, & iureiurando.

urn:nbn:de:hbz:466:1-97739

Visual Library

teneatur, *l. ſed & ſi lege, 28. §. conſuluit, de pet. her. P. l. Attilius Regulus, de donat.* Et ita vendere licet aduocato iuſtum patrocinium, & Iuriſconſulto iuſtum conſilium, *c. non licet, 11. q. 3. c. non ſane, 14. q. 5.* id eſt, pro labore impenſo, & opera præſtita in cõſultando & poſtulando, licet quippiam licitum accipere: & poteſt operas ſuas locare. Cum nemo teneatur, maxime cum ſuo detrimento, alteri beneficium conferre, *ca. precariæ,* 10. *q. 2. l. in commodato, §. ſicut, commo. P.* Dicit tamen gl. *in c. non licet, 12. q. 3.* hoc potiſſimum verum eſſe, ſi nonniſi cum labore & librorum euolutione, Aduocati vel Conſiliarii munus obeat, non aliter: quia gratis, ſi extemplo reſpondere poſſit, impartire debet hanc opem. Probatur tamen, ſi aliquid illi eo nomine porrigatur, & illud poſſe veluti ex liberalitate accipi: & multa certe honeſte accipiuntur, quæ honeſte non petuntur, *l. 1. §. proinde, in fi. P. de extraord. cognit. Et nemo,* inquit, *lex, ex iis quos licebit accipere, vel decebit, aſpernanter habeat, quod ſibi ſemel officii gratia libero arbitrio obtulerit litigator, l. quiſquis, 6. §. nemo, de poſtul. C.* ¶ † Adfertur alia ratio, quia opera- 13
rius omnis dignus eſt mercede ſua, *c. quicunq; 12. q. 2. c. cum ſecundum apoſtolum, de præb. 1. Cor. 19.* ¶ † Sed & poſtremo, officiũ ſuum 14
nemini debet eſſe damnoſum, *l. ſed ſi quis, in prin. de teſta. P.* Eſſet autem, ſi hodie cum quis in collegio procuratorum vel aduocatorum eſſe cogatur, & ibi delatas cauſſas ſuſcipere, gratis teneretur officio fungi. Sic enim breui fame periret, vel ſua conſumeret. Imo poſt multos in iure perdiſcẽdo exhauſtos labores, poſtq; ſumtos in literis diutinos, quibus quis ſæpe ſuum & parẽtum patrimoniũ exinaniuit, turpiter cogeretur mendicare, contra quam dictum ſit, leges in paupertate neminem ſinere viuere, *§. ſi. de her. & falc. in auth.* Et fruſtra eſſent leges iuris inſertæ, quæ permittũt filiisfamil. aduocatis habere, quaſi caſtrenſe peculium, & quod inde procedit ſibi non patri acquirere, *l. fori tui culminis de aduocat. diuerſ. iudicio. C.*

# DE SENTENTIA ET IVREIVRANDO, LIBER L.

## De ſententia formanda in genere. Cap. 1.

1 *Continuatio lib. 50. ad 49. proximum.*
2 *Sententia iudicialis quid, eius diuiſio, in interlocutoriam & definitiuam. Quid interlocutoria, & in quibus reuocari nequeat. nu. 4. & 6.*
3 *Iudicatum quid dicatur.*
5 *Definitiua ſententia quid.*
7 *Sententia de quo, & a quo feratur.*
8 *Prothagoræ & Euathli iuuenis controuerſia, difficilis iudicatu.*
9 *Veneficii vlti difficilis controuerſia.*
10 *Bonus vir num quis ſit, difficile habet iudicium.*
11 *Iudicandi tres antiquæ formulæ, & tabellarum notæ.*
12 *Iudicis officium, & partes in iudicando. & nu. 13.*
14 *Iudex ſecundum leges iudicare debet.*
15 *Conſultatio quando fiat iudicii, & principis: & quomodo. nu. 16. & 18.*
17 *Iudex vtrumque litigantium pari benignitate audire debet, & quare.*
19 *Sententiam dandi in iudicio ferendo plures antiquorum formulæ.*
20 *Tabellaria lex iudiciorum apud Mileſios a quo lata.*
21 *Relatio ad principem ſuſpendit officium iudicis referentis.*
22 *Sententia quomodo ſtatui & pronuntiari debeat.*
23 *Sententia a perſonis & rebus de quibus actum eſt, ad alias non extenditur.*
24 *Sumtuum condemnatio quare nominatim debet contineri ſententia.*
25 *Sententiæ iudicum propter quæ impugnentur, & reprobentur.*
26 *Sententiæ, quæ trãſit in rem iudicatam, effectus: & in quibus non tranſeat.*
27 *Res iudicata non retractatur, vel prætextu nouorum inſtrumentorum, vel alio modo. Eius actio, & exſecutio quomodo fiat. nu. 28. & 35.*
29 *Iudicatis quomodo quis ſatisfacere cogitur, & quomodo interſit reipub. ſortiri effectum. Tranſactionis habere vires. numero 30. & 32.*
31 *Exſecutor vt modeſte ſe gerere debeat.*
33 *Mortis ſupplicium quam citius fieri poteſt, exſequendum.*
34 *Rei iudicatæ exceptio.*
36 *Rei iudicatæ retractandæ remedia, ſupplicatio, reſtitutio in integrum, querela falſi.*
37 *Supplicatio aduerſus ſententias ſeu rem iudicatam, quando admittatur.*
38 *Reſtitutio in integrum contra ſententias, quando detur, a quibus, & intra quod tempus concedatur. & nu. 39.*
40 *Erroris cauſſa interuenientibus in iudicio ſupplicatio vt fiat in Gallia: & a quo, & quomodo areſti parlamenti retractatio impetretur.*
41 *Sententiæ præſidialis retractatio quomodo impetretur, & vbi.*
42 *Supplicare contra ſententiam quando non liceat.*

PArtes † iudicis præcipue in iudicando conſiſtunt, 1
ideoque poſtquam materia diſpoſita eſt, & inſtructum plene eſt iudiciũ, & eius eſſe iuriſdictionem conſtat, & de litigantium conditione, editioq; plena omnium facta, vel per litigantes, aut vbi per eorum procuratores, ſyndicos, vel aduocatos negotium ex integro explanatum fuit, non debet morari iudex ſententiam ſuam.
¶ † Sententia iudicialis eſt, idem quod iudicium, nempe pronun- 2
tiatio eius, quod bonum & æquum in propoſita controuerſia iudici videtur, *l. ſicuti, §. ſed ſi quæratur, ſi ſeru. vin. P. facit l. 1. vſusfru. quemad. cau. P. l. in propoſita autem, pro ſoc. l. hæc vẽditio, de contrah. emt. P.* abſoluendo, vel condemnando, *l. 1. de re iud. P.* vel iudicium poſtremum ſuſpendendo, *quod fit per interlocutoriam ſententiam. Sententiam,* inquit Iulianus, *dicere æſtimatur is, qui ea mẽte id pronuntiat, vt ſecundum hoc diſcedere eos qui litigant a tota controuer-*
*ſia velit, Iul. in l. dicere, 23. de recept. arbit. P.* ¶ † Iudicatum eſt id, de 3
quo ſententia lata eſt, aut decretum eſt interpoſitum, vt dicitur lib. 2. ad Herennium. Et rurſus Cicero *de inuentio.* clarius *Iudicatum eſt, res aſſenſione aut auctoritate, aut iudicio alicuius, aut aliquorum comprobata. Id tribus generibus ſpectatur, religioſo, communi, & approbato. Religioſum eſt, quod iurati legibus approbarunt. Commune eſt, quod vulgo omnes approbarunt, & ſecuti ſunt. Huiuſmodi, vt maioribus natu aſſurgamus, vt ſupplicium miſereatur. Approbatum eſt, quod homines cum dubium eſſet, quale haberi oporteret,*
*ſua conſtituerunt auctoritate.* ¶ † Sententia duplex, interlocutoria 4
aut definitiua. Interlocutoria eſt, quæ non decidit principale, vel in totum non finit negotiũ, ſed quæ ad principalis inſtructionem pertinet: & improprie ſententia dicitur. Et proinde in titulo, *de ſententiis & interlocutionibus omnium iudicum, C.* diſtinguitur a ſententia interlocutio. Ad hanc interlocutionem pertinẽt comminationes, epiſtolæ, ſubſcriptiones iudicum, *l. 2. 4. 5. 6. Commi. vel epiſt. & c. rei iudic. Auth. non hab. lib. 7. C. tit. 57. Quod enim magno conflictu ſententia decerni ſolet,* vt ait Conſtantinus Cæſar, *l. fin. eod. & l. fi. C. ſi per vim vel alio mod. id paucis literis temere deſcriptis, definiri fas non eſt.* Idipſum intelliges, ſi iudex ſuadeat litigantibus, vt concordent: non enim tollit ideo illis actionem, *l. ex ſtipulatu, C. de ſent. & interloc. omn. ind.* Et ſic in ſimilibus, tot enim ſunt interlocutoriæ ſententiæ formulæ, quot ſunt occaſiones interlo-
quendi, *Fel. in rub. de re iud. & Bar. in l. quod iuſſit, de iu. P.* ¶ † De- 5
finitiua ſententia contra eſt, quæ totum negotium terminat & facit, abſoluendo vel condemnando, *l. 1. de re iudic. P. l. 3. de ſent. & inter. om. iud. C. l. 1. & tot. tit. ſent. reſcin. non poſſe, C. c. illa, de accuſ.* Et proinde poſt definitiuam ſententiam, iudex qui pronuntiauit, iudex eſſe deſinit eius negotii, ex quo nullũ dubium ſupereſſe perfecta definitione debet, *in l. Paulus reſpondit, 42. & l. iudex poſtea quam, de re iud. P. l. ſi operis, 41. & l. pœnam, 15. C. de pœn.* neq; enim
emendare poteſt, *l. 1. de ſent. ex recip.* ¶ † Cum tamen diuerſum ſta- 6
tuatur in interlocutoria, *l. quod iuſſit, de re iud. P.* paucis exceptis, in quibus iudex non poteſt etiam interlocutoriam reuocare, vt notat Lanfrancus *ad c. quoniam contra ad verbum interlocutiones,*

*nu.46.& ſeq.de prob.* Vt ecce, 1. Si iudex per interlocutionem deſinat eſſe iudex, veluti ſi declaret ſe incompetentem iudicem, *l.dicere autem,23.de recept.arb.P.l.ſignificantibus,de off.del.* Secundo, ſi iudex ferat ſententiam abſolutoriam ab obſeruatione iudicii, *Ang.in l.1.C.ſent.reſc.non poſſe.* Tertio, quando exſecutio ſecuta eſt interlocutionem, ex qua ius quæſitum eſt alicui, *Bar.in l.poſt ſen.C.de ſent.& interl.om.iud.* Sed & quando retractatio interlocutoriæ permittitur, bis tantum licet, *l.vni.iuncta rubr.ne lic.in vna & ea.cau.ter prouo.& c.C.* Et ſi cauſſæ ſint grauiores & alicuius ponderis, neq; ſemel niſi cauſſa cognita, *l.a procedente,C.de dilatio.*

7 ¶†Feruntur iſtæ ſententię de contentionibus in iudicium deductis, *l.vt fundus,com.diuid.P.l.illicitas,§.veritas,de off.præſid.P.c.licet Heli,de ſimo.* & a iudice, cui impoſita eſt iudicandi neceſſitas, *l.fi.§.iudicandi quoq; neceſſitas,de mun.& hon.P.* & decidendi aliqua ſentētia lites. In dubio enim ſiquidem agatur de facti quæſtione, poteſt abſoluere, nulla aut aliqua, ſed non ſufficiente propoſita probatione *l.qui accuſare,C.de edend.* At in facto de quo conſtet, de iure hodie nō licet dubitare iudici, ſed bene aut male, modum debet diſſoluere aut rumpere, *l.cum reis,18.de pœnis,C.* alioquin ſi moras nectat iudex, appellatur ab eo ob denegationem, vt dicūt, iuris vel iuſtitiæ, *iuxta §.ſi vero,vt diff.iud.in Authen.& §.non permittere,de mand.princ.eo.* Neque hodie admitteretur illa formula iudicandi, *non liquere*, qua vſi ſunt antiqui, quando litigantiū contentiones paribus conſtabant calculis, vtrinque adductis paribus rationibus, vt iudex cogeretur pronuntiare non liquere: vt ſi creditor aſſerens mutuum debitum cum debitore æqualis probitatis dicente ſoluiſſe concurreret, *Gell in lib.4.ca.2.* Vt fuit etiam in iudicio & ſcholis ſæpe agitata controuerſia, & adhuc lis eius ſub iudice, num is qui iactum rhetis emit, poſſit petere ſi quid pretioſius ipſis piſcibus, veluti aurum captum ſit, quæ orta fuit olim inter Ionicos iuuenes, qui iactum emerant, & Mileſios piſcatores, qui poſt venditionem tripodem menſamque auream mari extraxerunt, quæve ex Senatu Mileſiorum ad Apollinis iudicium reiecta, *meminit de hac quæſtio.& ſimil.Valer.Max.lib.4.c.1.Suet.lib.de illuſt.reth.Diog.Laert.in 1.*

8 ¶†Impleta & inuoluta fuit etiam ea controuerſia, inter Prothagoram & Euathlum adoleſcentē, eloquentiæ diſcendæ cauſſarumq; orandi cupidum, qui ſe dederat in diſciplinam Prothagoræ pacta mercede, cuius Prothagoras petebat mediā partem iam dimidia numerata, & alia promiſſa eo die, quo primum Euathlus cauſſam apud iudices oraſſet, & viciſſet: non enim cauſſas volebat ſuſcipere agēdas Euathlus, alioquin agendi peritiſſimus, ne pecuniam ſoluere cogeretur. Ideo a Prothagora in iudicium vocatus, Qua in re impediti iudices diſtulere iudicium, adductis vtrinque a contendentibus rationibus, de quibus meminit Aul. Gel. *lib.5.c.10.Diog.Laer.in Prothagora.* Attribuit hoc ipſum Pius lib. poſteriore annotat. cap. 73. Coraco præceptori, & Tiſiæ diſcipulo.

9 ¶†Inuenies & aliud exemplum apud eundem Gell. *lib.12.c.7.* veneficæ, quę veneno maritum necauerat vna cum filio eius, qui ſuum filiū occiderat, quæ ſcelus confeſſa relegata eſt a Dolabella ad iudicium Athenienſe Areopagi: Areopagitæ vero ſtatuerunt, vt poſt centū ann. iudicio ſe ſiſteret cum accuſatore, ibidē cauſſas inuenies. Cicero etiam ad officium iudicis pertinere ait, 3 *Off.de Val.Max.li.7.c.2.* quędam iudicare nolle.

10 ¶†Sicuti Licinius Fimbria vir cōſularis, noluit iudicare de ſponſione facta a Marco Luctatio equite Romano, ſane honeſto, num vir bonus eſſet. Sapienter enim iudex pronuntiauit ſe nunquam illam rem iudicaturum: ne aut ſpoliaret fama probatum hominem, ſi cōtra iudicaſſet: aut ſtatuiſſe videretur virum bonum aliquem eſſe, cum ea res innumerabilibus officiis & laudibus contineretur. Sicq; plerunque iudices coguntur iudicium differre, quod certa ſentētia non poſſunt ratione aliqua plene componere: quare lites quędam remanent diutius ſub iudice, vocant practici, *mettre le proces au croc.* Et tempus aliquando quędam poſtea admonet, quæ ſuſpenſas lites facilius poſſunt ſoluere.

11 ¶†Proinde in more Romanis poſitum erat iudicaturis per tabellas, tres tabellas dari diuerſis notis ſculptas, quarum quā vellent, mitterēt in vrnam iudicii. Vna habebat notam literę A. quæ erat nota abſolutionis: altera literam C. quæ erat condemnationis: & alicubi D. quæ mortem ſignificabat, quibus Auguſtus tertiam notā addidit N.L. id eſt, non liquere, *Cic.de hac formula,pro Cluent.Gell lib.14.c.2.Pau.l.Pomponius,de re iu.P.* quæ erat tabula ſuſpenſionis iudicii, vel ampliationis, ex qua rei quoque ampliati dicuntur apud Iuriſconſ. *l.ſi.de inin.P.iuncta l.decurionum,§.fin.ex quib.cau.maior.P.*

¶†Studere porro debet, vt quantum induſtriā & ingenio conſequi poterit, id in euoluenda difficultate impendat, allegata & probata primum conſideret, *d.l.illicitas,§.veritas,de off.præſi.c.iudicet,3.q.7.* cum nō poſſit facti probationes ex officio ſupplere, quamuis in iure, quæ deſunt aduocatis & cliētibus eorum ſuppleat, *l.1.vt quæ deſ.aduoc.iu.part ſupple.l.eum quem temere,de iud.P.* Concipit litis capita & quæſtiones, conferet rationes & reſponſiones litigantium, diuidet ſeparata. 12

¶†Et ſi plures quæſtiones concurrant terminandæ, maiorem præferet minori. Et prius de maiori & de criminali, quam de ciuili: niſi vtraque vna ſententia poſſit decidi, puta quod vna in alteram inciderit, *l.pen.& fi.C.de ord.cogn.l.1.C.de iis qui acc.non poſ.* Præiudiciales præponendæ ſunt in deciſione quæſtiones quoque, nam & illæ naturæ aliis priores ſunt: veluti proximitatis cauſſa ante petitionem hereditatis inteſtati iudicanda, *l.2.C.de ord.cog.* prius de hereditate, quam de actoris credito hereditario, *l.vt debitum C.de hered.act.* prius de conuentione, quam reconuentione, *l.1.de iis qui acc.non poſ.C.* prius de vi & poſſeſſione, quam de proprietate, *l.fin.de vi,de iud.P.l.qui cœtum.§.1.ad l.Iul.de vi publ.P.* Et ſic de ſimilibus, quę ſeruato ordine debent prius vel poſterius præcedere. Nunquam aberrabit iudex, ſi ſecundum leges iudicet: nam & ſecūdum leges vt iudicet, habet in mandatis, *l.nemo,de ſent.& interloc.om iud.C.c.1.& c.ne innitaris,de cōſt.c.pura,3.q.9.§.quia vero,de iud in Auth.§.iuſiurandum,de defenſ.ciuit.eo.cū ſimil.* Et Æſchines contra Creſiphontē ſcribit, iudices iurare, iuxta leges ſe iudicaturos. In Gallia iurant, ſe ſeruaturos conſtitutiones regias. Et nunc in imperio ſecundum conſtitutiones imperii ſe iudicaturos, *in conſti.c.aduis per Car.V.Imper.art.3.& 4.* Et Demoſthenes *in 1.Orat.cont.Ariſtogi.& rurſum,eadem repet.2.aduerſus eundem. Qui res iudicant, conſeruare leges, & earum robur defendere debent, quarum ope adiuti, boni in ciuitate incolumes ſunt: ſin autem ſinetis eas exoleſcere, diſſoluetur ſtatus Reipu.& vt quiſq; eſt improbiſſimus, ita plurimum poterit.* Cicero pro Cluentio, & hoc ipſum & partes alias iudicis his verbis concludit, *Eſt ſapientis iudicis meminiſſe ſe hominem, cogitare ſibi tantum eſſe permiſſum, quantum cōmiſſum ſit & creditum. Et non ſolum ſibi ſoli poteſtatem datam, verum etiam fidem habitam eſſe, meminiſſe: poſſe quem oderit, abſoluere: quem non oderit, condemnare: & ſemper non quæ velit ipſe, ſed quid lex & religio cogat, cogitare. Animaduertere, qua lege reus citetur, de quo reo cognoſcat, quæ res in quæſtione verſetur, cum hæc ſunt videnda, tum illud eſt hominis magni, iudicis atq; ſapientis, habere in conſilio legem, fidem, religionem, æquitatem: libidinem autem, inuidiam, metum, & cupiditates omnes amouere: maximi æſtimare conſcientiam mentis ſuæ, quam a Deo immortali accepimus, quæ a nobis diuelli non poteſt.* Quod poſtremum idem repetit 3. Offic. Cauere & debere ab odio, amore, cupiditate, inuidia, errore, ſpe, idem tradit 2. de Ora. pro Plancio.

¶†Et abduci iudices ab inſtitutis ſuis, magnitudine pecuniæ, in ſexta actione, in Verrem. Exſtat & his corrumpi iudicium, teſtimonium, in cap. quatuor modis, 11. q. 3. In ſumma, iudex omni ex parte incorruptus, ex iuſtitia, quæ virgo incorrupta eſt, cenſere & perpendere debet iudicanda, nec debet eſſe lege clementior in his, quæ lex diſponit *§.oportet,de iudic.in Auth.* legem dico, ciuilem, pontificiam, & regiam, prout materia decidenda patitur. Iudiciorum enim & in eo differentias conſtitui putamus, vt alia regātur canonibus, alia legibus, alia vtriſque, legibus & canonibus, *Conſt.Harmenop.lib.1.promp.iur tit.2.* Iudex quippe qui conſtitutiones principum neglexerit, lege Cornel. de falſ. punitur, *l.1.ad l.Corn.de falſ.P.Nec mihi,* inquit Socrates in apologia apud Plato. lib. 27. *Athenienſes, iuſtum videtur iudicem precari, neq; precando abſolui, ſed docere atq; ſuadere. Non enim ad hoc iudex ſedet, vt per gratiam concedat, ſed vt iudicet ſecundum leges: atq; id iureiurando promiſit, non per gratiam cuicunq; libuerit condonare, ſed iudicare ſecundum leges.* Et rurſum Plato lib. *de regno, Prætoris munus eſt, vt iuſte ſingula iudicet, vt circa contractus omnigenos quid iuſtum, quid non, conſideret: & ad normam legum quam Rex ipſe condidit reſpiciens, de ſingulis iudicet propria virtute ſemper adhibita, per quā neq; muneribus, neq; minis, neq; miſericordia, neq; odio, nec amore legibus tranſgreſſis, accuſationes diſſoluat.* 14

¶†Quod ſi de iure dubitat iudex, debet maiores iudices conſulere, *l.eum quem temere,de iud.* interdum etiam Principem, puta, ſi leges ſint contrariæ, ſi reſcripta a Principe emanauerint in cauſſa, contraria: nam horum interpretatio, ad ſolum Principem a quo proceſſerunt, pertinet, *c.1.§ fin.& ibi etiam glo.in c.2.de confirm.vti.vel inuti.c.ſi quid,2.q.7.l.1.C.de legib.* Neque interim poteſt litigator, qui reſcriptum impetrauit, a ſententia qua interloquitur 15

quitur principem conſulendum, prouocate: cum poſſit poſt re-
ſcriptum remiſſam a Principe, ſi velit, prouocare, l.1.§.hinc conſe-
quenter, de app.P. Laborant aliquando iudices propter defectum
iuriſdictionis, qua de cauſſa minores, maiores iudices: & maiores
Principem conſulunt. l ſi quid, & l.ſolent. § legatos, iuncta gl. de off.
procon ſ. & legat. idem in cauſſis capitalibus ſtatuit Carol.6. art.7. In-
terdum negotium aliquod inauditum, & inuſitatum contingit,
cum natura nouas deproperet edere formas, l.2. de vet. iure enuc.
C.l.2. de præſ. ver. P. & tunc opus etiam eſt conſilio Principis, §.fin.
de iud. in Auth. exemplo Moſis & Iudicum, Exod.18. & noua lege,
quæ tantum a Principe poteſt conſtitui, C.l.ſi.C.de leg. Extra quos
caſus, & alios ſimiles illis, non eſt permiſſum iudici, referre ſibi
propoſitum negotium ad Principem, quod poſſit ex legum præ-
ſcripto ſine dilatione ius dicere, §.1. vt iudic. non exp. ſacr. iuſſio. in
Auth collat.9. & §.1. in medio lit. non fieri ſacras formas, in Auth.
16 ¶†Quocirca relationem debet præcedere legitima negotii in-
ſtructio diligens atq; accurata conſultatio, quæſtione plene a li-
tigantibus deſcripta, vt poſſit cauſſa relationis iuſta concipi, l.1.2.
3 de relat. C.l.fin. quan. appell. ſit, P. Conſultatio fit per auditionem
eorum, quæ a litigatoribus dicuntur & præſcribũtur, & per con-
iudicum ſentẽtias & ſuffragia. Admonet Suidas conſultationem
eſſe iudicis circa attentam dictorum a litigantibus conſideratio-
nem, dum refert iudices olim fabas in ore ſolitos tenere audien-
do lites, ne obdormiſcerent: vt milites allium in bello ferebant,
indeque prouerbium, ἵνα μὴ φάγῃ σκόρροδα, μηδὲ κυάμους, neque allia,
neq; fabas edat, id eſt, nec militet, nec iudicet.
17 ¶†Ita Solon & Draco, iureiurando Senatum Athenienſem ob-
ſtrinxerunt, vt pari benignitate actorem & reum audirent, donec
honeſtiorem & meliorem alterius cauſſam intelligerent. Crude-
le iudicium eſt, ſi quid ſtatuatur antequam cũ accuſatione com-
parata ſit defenſio. Et Poeta,

*Nonniſi librato dirimat ſententia litem*
*Parte quod ex vtraq; conueniat examine cauſſam.*

Vbi vates ſignificat, neq; grauiorem, neq; audaciorem iniuriam,
quam indicta cauſſa quemquam mortalium iudicare, quod calu-
mniator molitur, vt ait Luc. in orat. de calu. Et vt ait Max. Tyrius
Ser. Philoſ.6. *Vbi conſtituto iudicio reus agitur, nimis oneroſus vtiq;*
*erit is iudex, qui minime vtrique dicendi per ſe locum aſſignet, in hoc*
*potius tyrannum, quam ſe iudicem præbens.*
18 ¶†Conſultandi modum tradit etiam iudicibus Plato, lib.9. de
legib. *vt audito negotio a coniudicibus, ſenior ex illis quæ dicta ſunt o-*
*mni adhibita diligentia examinet, poſt eum ceteri omnes conſiderẽt:*
*qui autem nihil ſua diſcuſſione dignum cenſet alteri examinandam*
*ipſam relinquat.* Rogantur & ſententiæ plurium in iudiciis defi-
niendis voce nunc vt plurimũ, adhibito numero aſſidentium vel
conſiliariorum, qui pro interlocutoriis vel definitiuis conſtitu-
tionibus exigitur.
19 ¶†Neq; vtimur hodie in Gallia formula ſuffragia ferendi per
ſortes aut diuinationem, de quibus in l.ſed ſi ambo, de iud.P. Aul.
Gel. lib.2.c.4. Nos abunde ſup. lib.34.c.5. aut per tabellas, aut per pe-
dariam conſenſionem, de qua Bud. in annot. primis ad Pand. ad tit.
de Senat. nec per χειροτονίαν, quæ fiebat iudicio populi. Siqui-
dem ſi credamus Suidę, in eo verbo, præco dicebat in iudicio po-
puli, exempli cauſſa, cui Midas videtur iniuſte feciſſe, manum tol-
lat: deinde manum qui volebant, extendebant, vnde erat χειροτ-
ονία populi per manuum eleuationem condemnatio: vt ἀποχει-
ροτονία abſolutio.
20 ¶†Mileſii lege tabellaria tamen, vt Romani vſi ſunt, quã Hip-
podamus Mileſius Euriphontis filius de iudiciis tulit, & memi-
nit de ea Ariſtot. lib.2. de Repub. Iudicia, inquit, in foro ſanciuit
Hippodamus, non voce aut ſuffragiis fieri, ſed vnumquemq; iu-
dicem tabellam deferre, in qua ſcriberet, ſi plane condemnaret:
ſi plane abſolueret, eam inanem relinqueret: ſin partim conde-
mnaret, partim abſolueret, id diſtingueret.
21 ¶†Relatione pendente non poteſt iudex definire, vel cogno-
ſcere, donec reſponderit vel reſcripſerit Princeps, l.1. de relat. C.l.
iubemus, C. de appell. Poſtquam autem reſponſum acceperit, in re-
latis & reſcriptis, & pariter in aliis, mature iudicium feret ad nor-
mam libelli, ſine præcipitatione, & cum deliberatione cõſilii: niſi
tam breues & leues ſint cauſſæ, quæ nec cõſultationem, nec ſcri-
pturam requirant, l.2. & 3. & Auth. niſi breues, de ſent. ex breuic. re-
cit. lib.7. C. tit.44 lib.1. de exhib. reis, C.
22 ¶†In omnibus tamen Deum præ oculis conſtituet, cum iuſtis
legibus, & extra leges per æquitatem, c.ſi. de tranſ. l. quod ſi Epheſi,
de eo quod cert. lo. P. Bar. in l.1. C. de leg. certam ſtatuet ſententiam,
vel per ſe, vel per relationem ad certum, §.curare, de act. l.2.3.4. de
ſent. quæ ſine cer. quan. C.l. ait Prætor, 5.§.1. & l in ſumma, 59. in prin.
& §.1. de re iud. P. Dehinc proferet litigatoribus ex ſcripto per ſe,
l.1. de ſent. ex breuic. recit. C.l. non diſtinguemus, § quæſitum, de recep.
arb. c. ad audientiam, de conſuetu. Hodie tamen in Gallia, pronun-
tiatur ſententia cognitoribus ſeu procuratoribus litigantium per
actuarium ſeu amanuenſem cauſſæ, quemadmodum & videtur
permittere, §.ſancimus, tit. ſeu Nouel. conſtit. Vt illuſtres per procur.
cauſſam agant. Et tamen quæ ſummarie & de plano, ex tempore
in auditorio peroratis cauſſis decidũtur, non egẽt ſcripto vel alia
pronuntiatione, Auth. generaliter, de epiſc. & cler. C. quãuis poſtea
quod placuerit ex iudicatis, tranſcriptum edatur litigantibus. Fit
autem in ſcriptis pronuntiatio, diebus faſtis, nõ nefaſtis, vel feſtis,
niſi conſentientibus litigantibus, l.ſi feriatus, de fer. P. l.ſi vt propo-
nis, C. quom. & quan. iud. l. omnes, C. de fer. c. fin. eo. tit. qui & vocandi
ſunt ad audiendam prolationem ſententiæ, c. cum olim, de teſti. vt
præſentes ſint quorum intereſt, l. de vnoquoq;, & l. quæſitum eſt, de
re iudic. P. vel vocati contumaces, pro præſentibus habeantur, l.ſi
pro luſorio iudicio, §.ſi. de appel. P. l.2. C. quo. & quan. iud. vel niſi prę-
ſente aduocato vel procuratore eorum promulgentur, l.ſi fiſcus
alicui, de iu. fiſ. P. in loco maiorũ, vel vbi ſolent ſententiæ proferri
non ſecreto, quia tunc nulla eſſet, l. cum ſententiam, de ſent. & in-
terlo. om. iud. C. c. qua fronte, de appel. cum cautione, ne ad alias per-
ſonas quam contendentes prorogetur, l.1. C. de ſen. & interloc. om.
iud. ¶†Cum enim in iudicio quaſi contrahatur, l.3.§. idem reſpon- 23
dit, de pecul. P. quemadmodum in contractibus, l. iuriſgentium, §.
ante omnia, de pac. P. ſententia inter alios acta, & de certis rebus,
ad alias perſonas vel res non extenditur, titul. res int. alios acta, & c.
C.l. ſæpe conſtitutum, §.3. de re iud. P. l. ſi. de fideic. liber. lib.7. C. tit.4. l.
1. & 3. ſi a non comp. iud. d. lib.7. C. tit.48. l.1.2.3.4. quib. res iud. non no.
d. l.7. tit.56. l ſæpe, de re iudic. P. l.1. de excep. rei iud. P. ¶†Et proinde 24
quoq; ſententia debet nominatim de condemnatione ſumtuum
litis mentionem facere, ad quos temere litigans condemnandus
eſt, in l. omnes. §. ſiue autem alterutra, de iud. C. l. omnes qui, § ſi. de epi.
& cler. l. cum quem temere, de iud. P. §. hæc autem omnia, de pœ. tem.
litig. c. finem litibus, & ibi gl. in ver. expenſis, de do. & cont. Nam ſi nõ
adiudicentur ſententia ſumtus, non poſſunt peti finita lite, l. ter-
minato, de fru. & lit. expen. C. nec taxari ſeu definiri: taxantur nam-
que quando in ſentẽtia dicitur, *Condemnamus in expenſis, taxa ſiue*
*definitione earũ penes nos reſeruata*, vel ſi dicatur, *quas moderamur*
*ad ſummam talem*. Et antiquitus quidem, expenſæ taxari debe-
bant in iudicio, c. final. quod met. cauſſ. l.1.§. dies autem, quã. appel ſit.
hodie tamen ex præſcripta conſuetudine Galliæ, taxatio fit in
domo etiam ipſius iudicis, vel alibi per iudicem, vocatis & au-
ditis quorum intereſt, vel procuratoribus eorum, qui impugnãt
taxationem, ſi eam quod iuſtum eſt, excedere doceant: vel prouo-
cant a delegato ad taxationem faciendam, vt docet Imbertus lib.
1. Inſtit. foren. c.52. & id triſtiſſimum in praxi eſt. ¶†Plura ſunt quę 25
exigunt ſententiæ legitimæ, & quæ obiiciuntur in prouocatione
vel retractatione earum, ex quibus nullæ vel inefficaces arguun-
tur, de quibus nõ loquar, quod videam teri vulgaribus etiam ma-
nibus, libellum Nepotis Albani, qui dicitur Liber fugitiuus, ſeu
exceptionum: vbi inuenies duo capita exceptionum contra ſen-
tentias interlocutorias, & definitiuas. Multa & Robert. Maranta,
in Specu. parte 6. in ſententia. Sed neque loquar, cuius ſit ſenten-
tiam ferre: nam tractauimus idipſum paulo ante, lib.47. c.9.10. Et
lib.49. c.3. qui iudicare poſſent, & quibus prohibitum eſſet. Sen-
tentia enim & res iudicata, nonniſi a iudice cõpetente, publicave
perſona, fieri poteſt, l.1. & 3. C. de iuriſd. om. iud. C. l. ſi. eo. tit. P.
¶†Tranſeo ad vim ſententiarum legitimarum, quæ tranſeunt 26
in rem iudicatam, nempe a quibus prouocari non poteſt, vel pro-
uocatum non eſt intra decem dies, c. quod ad conſultationem, de re
iud. Auth. hodie, de appel. C. vel appellatio fuit deſerta, qui Auth. ei
appellat. de temp. appel. C. & ideo pro veritate habentur, l. ingenuũ,
de ſta. hom. P. l. res iudicata, de reg. iur. P. vide plura apud Pan. ad tit.
de re iud. Robertus Maranta colligit plures caſus, prædicta parte
6. Speculi, in c. de ſentẽtia, a nu.129. vſq; ad 154. in quibus ſenten-
tia non tranſit in rem iudicatam, nec tanta eſt veritatis præſum-
tio, vt non poſſit infirmari, l. poſt rem iudicatam, 56. de re iud. P. In-
dico tantum, & probationes apud illum require. Si ſententia lata
eſt iudicio peritorum, mercatorum, ex teſtibus deponentibus de
credulitate, de matrimoniali cauſſa, ſuper ætate ex aſpectu, de ex-
cuſſione debitoris, ſi debitor eam iniquã fatetur, ſi ex probatio-
nibus reprobatis, quando quis condemnatur ad publicationem
bonorum ex caſu prohibito, ſi ſentẽtia in ſui tenore iniquitatem

contineat,ſi ex teſtimoniis vicinorum & conſanguineorum lata,
vel prætextu iuramenti neceſſarii falſi,vel ex falſis inſtrumentis,
ſi agatur de periculo animæ,ſi cauſſa eius rediit ad non cauſſam,ſi
a corrupto per pecuniam a iudice lata ſit,ſi de cauſſa beneficii ec-
cleſiaſtici & in præiudicium ſuperioris,ſi contra minorem ex fal-
27 ſis allegationibus,& ſi in ea ſit nullitas. ¶†Poſt rem iudicatā nihil
tamen amplius quæritur,niſi ſi præcedentes caſus interuenerint,
extra quos nec poteſt per inſtrumēta de nouo reperta fieri retra-
ctatio,*l.ſub ſpecie*,4.*C.eo.l.ſi patronus*,12.*de bo. liber.P.*& præſumi-
tur ſemper pro re iudicata,*c.ſicut,in fi.de re iu.* niſi ex aliis quibuſ-
dam argumētis quæ appareant,iudex animum ad iuſtitiæ ſenten-
28 tiam informauerit,*c.cum ad ſedem*,15.*de reſt.ſpo* ¶†Naſcitur actio
ex iudicato,*c.1.de lit. cont. in 6.l.1.de exce.rei iud.P.* vt ſatisfiat ſen-
tentiæ,*l.miles*,6.*§.fin.de re iud.P.l.actori*,8.*de reb.cred.* C.exſecutio
vero finis eſt & effectus rei iudicatę *in l.1.ſi quis ius dic.non obtem.*
*P.l.exſecutorem,C.de exſec.rei iud.c.quærenti,de off.& pot.iud.dele.*
*c.cum aliquis,de ſent.& re iud.* Et ideo ſi res ſtatim reſtitui poteſt,
ſtatim petitur officio iudicis,*§.1.de off.iud.* At ſi agatur de perſo-
nalibus actionibus iudicato comprehenſis, dantur dilationes iu-
re antiquo,duorum menſium,*l.debitoribus*,31.*de re iudic.P.& l.2.*
*de vſur.rei iud.in C.Theod.*iure 12.tabulatum,30.dierum,*Gel.lib.*
20.*c.1*.ex Iuſtinianeo,4.menſium,*l.fi.de vſur.rei iud.* ℂStylus et-
iam cuiuſque curiæ hic obſeruandus eſt, & iudicis voluntas,*l.2.*
*& l.tempus quod datur*,29.*de re iud. P.*Vide caſus & diſtinctiones,
intra quod tempus ſententia exſecutioni ſit demandanda, *in gl.c.*
*cum apud*,11.*q.3.in c.quærenti,de off.ord.*Facienda autem exſecutio
ſecundum id,quod ſententia comprehenſum eſt,a qua non licet
exſequenti recedere:alioquin iuſte prouocatur, *l.ab exſecutione*,
2.*C.quor.app.non recip.l.ſi vt proponis*,6.*de exſec.rei iud.* ℂPoſt rem
iudicatam enim,non ante,exſecutio fit, *l.1.eo.C.*

29 ¶†Cogitur autem cōdemnatus ſatisfacere,captis pignoribus,
diſtractis & addictis,*l.2.& 3.eod.l.a diuo Pio*,15.*per totam legem,l.*
*debitoribus*,31.*l.commodis*,40 *de re iu.P.* Ponitur ordo capiendo-
rum pignorum,*in l.a diuo Pio,§.in venditione,de re iud.*qui tamen
in Gallia non ſeruatur,vt notat Gui.Pap.*deciſ.*288.& praxis quo-
tidiana docet.Et licitum eſt,exſecutionem debiti & ſententiæ ab
immobilibus incipere ex conſt.Franc.1 pub an.1539.art.74.præ-
terquam ſi agatur de prædiis minorum diſtrahendis, vt dictum
Senatuſconſulto Pariſienſis Senatus ſcribit Ioannes Lucius,*lib.*
7.*Plac.tit.2.plac.3.*Accedant & vſuræ poſt quadrimeſtre tempus
in cauſſa iudicati,*l.1.2.3.de vſu.rei iudic.C.*coactio manus armatæ
& militaris,*l.qui reſtituere,de rei vind. P.*carcerum mancipatio,*l.*
*1.C.qui bon.ced.poſſ.l.cum eo*,10.*ad l.Iul.pec.P.l.nemo,de exact.trib.*
*lib.10.C.* Sunt & paratæ pœnæ contumaciæ aduerſus eos, qui ob-
ſequi negant *l.1.ſi quis ius dic.non obt. l.contumacia*,53.*de re iud.P.*
Et ita etiam intereſt Reipubl. mandari ſententias iudicum exſe-
cutioni, etiam ſi per errorem quippiam male iubeatur:propter
auctoritatem rerum iudicatarum, *l.ſeruo inuito,§.cum Prætor,ad*
*Sen.Trebel.in P.Quintil.lib.5.Inſt.Orat.c.1.& Cic.pro Cluentio.* in
qua verſatur populi frænum & dignitas, cuius poteſtas in Princi-
pem, & a Principe in iudices diſtributa permeauit. Sicq; Sena-
tus,cū populus Romanus inter Ardeates & Aricinos iudicaſſet
de ambiguo, Ardeatibus conquerentibus de iudicii iniquitate,
cenſuit quod ſemel a populo Romano ſcitum iudicatumq; eſſet,
eius ſalua maieſtate reſcindi non poſſe,*Liuius l.3.& 4.decad* 1.Pla-
to teſte Cicerone *3.de legib.*eos ex genere dixit eſſe Titanum, qui
vt illi Cœleſtibus,ita iſti aduerſantur magiſtratibus. Et Crito a-
pud Platonem *dialo.* 18.Socrati ait, ſtandum eſſe iudiciis,quæ ci-
uitas tulerit. Refert legem Athenienſium Demoſthenes *aduer-*
*ſus Timocratem* εἴ τινι τῶν ὀφειλόντων τῷ δημοσίῳ προστετίμηται κατὰ νόμον,
ἢ κατὰ ψήφισμα δεσμοῦ ἢ τὸ λοιπὸν προστιμηθῇ, ἐξεῖναι αὐτῷ ἢ ἄλλῳ ὑπὲρ ἐκεί-
νου ἐγγυητὰς καταστῆσαι, i. *Si quis ærarius vel legibus,vel ſenatuſconſulto*
*damnatus eſt vinculis,aut in poſterum damnabitur,ei pro ſe aut alte-*
*ri pro eo ſponſores conſtituere liceat.* Cum autē Timocrates legem
tuliſſet, quæ immunes faceret etiam æris iudicatos contra hanc
legem,ſubiicit argumētum improbitatis legis a iudicatarum re-
rum auctoritate etiam lege non retractanda, quæ futuris tamen
negotiis imponere conditionem poſſit.περὶ δ᾽ ὧν δικαστήριον ἔγνωκε,
καὶ τέλος ἔχει, πῶς οὐχὶ δεινὰ ποιεῖ νόμον εἰσφέρων, δι᾽ οὗ ταῦτα λυθήσεται,
id eſt, *De quibus rebus iudicium ſtatuit ac controuerſiam definiuit,*
*an non importuniſſime agit qui legem promulget qua leges illæ reſcin-*
*dantur?*

30 ¶†Neq; etiam negabit quiſpiam rem iudicatam & tranſactio-
nem pari firmitate donari,*l.non minorem,C.de tranſact.* Et ſaltem
ideo res iudicatas eſſe debere inuiolabiles, quia tranſactiones ta-
les ſunt,*l.fratris,eo.*vt quoque idem Demoſthenes alibi ait, *in pa-*
*ragraphe ſeu exceptione contra Nauſimachum & Xenophitem,circa*
*prin.*legem fuiſſe inter cetera diſponentem Athenis,περὶ ὧν ἄν τις
ἀφῇ καὶ ἀπαλλάξῃ, μὴ δικάζεσθαι, id eſt, *De quibus rebus miſſum feceris*
*& tranſegeris ne liceat litigare.* Vlpianus eius enarrator,in oratio-
nem contra Midiam ſic latius rem explicat,ἐξούλης ὄνομα δίκης κατὰ
τῶν μὴ στεξάντων οἷς ὥρισαν οἱ δικάζοντες. ὁ δὲ νοῦς τοιοῦτος· ἄν τις ἰδιωτικὴν
νικήσῃ νίκην, λαμβάνει τὸν ἡττηθέντα ὑπεύθυνον. εἶτα ἂν μὴ εἴσω τῆς προθε-
σμίας ἐκτισθῇ ὃ κατεδικάσθη, ἀλλὰ γένηται ὑπερήμερος, ἔξεστι γράφεσθαι, καὶ ἐπι-
λαβέσθαι αὐτοῦ τῶν χρημάτων, ἕως οὗ πληρώσῃ τὸ ὀφειλόμενον. εἰ δὲ κωλύοι τὸν ἀπιό-
μενον καὶ ἀπελαύνοι, γράφεται αὐτὸν κατὰ τὴν ἐξούλην. καὶ γίγνεται μετὰ τοῦ ἰδιωτικοῦ
καὶ δημόσιον τὸ πρᾶγμα λοιπὸν, ὅτι ἠπείθησε τοῖς δικασταῖς καὶ τοῖς νόμοις,
id eſt,ἐξούλη, *ſeu vndeui,iudicii nomē eſt,in eos qui decretis iudicum*
*non parent,ſenſus autem eſt huiuſmodi: ſi quis priuatum iudicium*
*vicerit,eum qui victus eſt obnoxium habet,deinde niſi intra dictum*
*diem iudicatum ſolutum fuerit ſed dilatum, licet accuſare, & inua-*
*dere in bona eius donec compleuerit,id quod ſtatutum eſt. Sin prohi-*
*buerit eū qui inuadit,& repulerit:poſtulatur damnatus actione vnde*
*vi:& præterquam quod priuatum eſt, fit etiam publicum negotium,*
*eo quod non paruerit iudicibus & legibus.*In Gallia exſtat publicata
Caroli 9.Regis conſtitutio menſis Ianuarii, milleſimo quingen-
teſimo ſeptuageſimo ſecundo,*de la iuſtices & rebelles aux officiers*
*& miniſtres d'icelle.*In cuius articulo ſeu capite primo cauetur,vt
ſi qui ſint,qui exſecutoribus iudiciorum potiſſimum ſupremo-
rum,ianuas occluſerint,vel nō aperuerint iuſſi,vel reſtiterint ex-
ſequentibus,vel intra domos ſe cum militibus,vel cuſtodia con-
tra obfirmauerint, domorum vel caſtrorum confiſcatione mul-
ctentur in vtilitatem Regis vel Principis,aut alterius,cuius inter-
eſt,damnoque litis,& cadant ab omnibus exceptionibus, defen-
ſionibus,& iuribus,quæ aduerſum iudicia ſuprema alioquin po-
tuiſſent obiicere iure,cum ſumtuum & quanti intererit aduerſa-
rii condemnatione:taxatione ſingulari eius quod intererit ex iu-
ramento eiuſdem in litem cum temperamento iudicis facienda.
Dataq; poteſtas iudicibus inquirendi,caſtigandi ſeu puniendi re-
belles,pœnis corporalibus & pecuniariis,prout illis iuſtum vide-
bitur.Et articulo ſecundo ſtatutum,vt ſi in ſententiis prouiſiona-
libus,quæ non obſtante prouocatione ex conſtitutionibus regiis
mandari exſecutioni poſſunt, quiſpiam vel damnatus reſtiterit,
vel exſequi impediat:poſſit cogi pati vel reipſa obtemperare per
prehēſionem perſonæ & carceres,& per denegationem audien-
tiæ in prouocatione:donec perfecte ſe ſatisfeciſſe ſententiæ do-
cuerit.Et inſuper ſi exſequente aduerſario impediat exſecutioné,
ipſe propriis ſumtibus exſecutionem interceptam & impeditam
perficere damnatur,quos nec repetit,etiam ſi in lite poſtea vice-
rit,& articulo tertio, additum de rebellione ipſa credi relationi
apparitoris ſeu hoſtiarii aut ſatellitis teſtificatæ tamen teſtibus,vt
iudex poſſit ea viſa vadimonium, ſeu *adiournement perſonnel*, in-
terim contra rebellem decernere,& poſtea inquirere de rei veri-
tate,vt prehenſionem ſi opus ſit ſtatuat. ¶†Art.tamen 6.leges ex 31
ſequendi dantur apparitoribus & adminiſtris iudicum in ciuilib.
cauſſis,vt modeſte ſe gerāt,eis,ſi ſecus fecerint, indicta pœna ho-
noraria ſeu honoris,quam vocant,*amende honorable*:iubeturque
ne ſecum ducant alias perſonas quam teſtes: ne ferant arma alia
præter enſem, niſi iudicis mandato permittatur. Inſuper,vt inſi-
gnia apparitorum deferantur,puta ancile breue,viſibile,liliatum,
aut virgam ſeu ferulam,vt vocant,*l'eſcuſſon a trois fleurs de lis viſi-*
*ble,la baguette ou verge.*Et hęc in exſecutione ciuiliū negotiorum
dicta ſunt. ¶†Nam quod ad criminalium ſententiarum pertinet 32
exſecutionem, auctoritas publica maius ſubſidium adfert & fir-
mius:atq; prohibet,maioribuſq; pœnis ne ea impediatur, vel vi,
vel temeritate cuiuſq; permiſſa tantum appellatione, *l.addictos*,
7.*de epiſ.aud.C.l.addictos,de appel.C.*Neq; oportet vlla ex parte li-
ctorem remorari,*in conſt.Car.5.Imp.Germ.de cauſſis capital.c.*79.
qui quidem,vt alibi diximus,iuxta mādata iudicis exſequi debet,
& intra tempus a iure vel melius a iudice definitum. ¶†Nō enim 33
ſeruatur *l.ſi vindicari*,20.*C.de pœ.* quæ tantum locum habere po-
teſt,quando Princeps ita commotus,vel (vt lex loquitur) præter
conſuetudinem,pœnā iubet infligi alicui:tunc enim expectandi
ſunt 30.dies.Non aūt,quādo iudiciario ordine damnatus quis eſt.
Nam ſupplicio quā citius fieri poterit & pœnę eſt addicendus,ne
euadendi vel ſupplicandi detur occaſio,*l.cum reus*,18.*de pœn.C.*vel
ne carcerib.pœna,quę exſilio lui debet cōpenſetur,*l.oēs*,23.*eo.*niſi
prouocatio ſuſpendat iudicatum, intra tempora a iure conceſſa
interpoſita,*d.l.addictos,& l.non tantum,de appellat.* Adiici tamen
debet aliqua mora per iudicem, in qua poſſit capitali vltimove
ſupplicio

ſupplicio damnatus, interim reconciliari Deo, recordari peccatorum & exomologeſim ſuorum delictorum Chriſtiane & pie facere, & a delictis abſolui, *vide conſtit. Caro. 5. Germ. de cauſſis capital. art. 79. 30. & 103. c. quod inter, de ſent. excom. c. 2. de furt. c. pen. 13. q. fin. gl. in c. 16. q. 6.* Protogatio vitæ poſt mortis cognitum iudicium, crudeliorem facit pœnam: cum mortis metus pendente dilatione, mentem excarnificet: vt & Sidonius Apollinaris, *lib. 1. epiſt. 7.* de Aruando loquens, læſæ maieſtatis damnato, eum ſeuerius punitum dixit, cum ex vetere Senatuſconſulto Tyberiano, poſt damnationem triginta dierum ſpatio vitam traxiſſet, vncum & gemonias & laqueum per horas turbulenti carnificis exhorreſcens.

34 ¶ † Et quia datur ex iudicato alicui actio, multo magis dabitur exceptio eidem, ſi de eo quo agere poteſt conueniatur, *l. 1. §. nam cui damus, de ſuperficieb. P.* & id fuſe tractatur *lib. 44. P. tit. 2. de except. rei iud.* Impeditq; hæc exceptio, ne agatur ex eo, quod actum & iudicatum eſt, & litis ingreſſum, *l. ſi actor, de reb. cred. Iul. Pau. li. 1. rec. ſent. tit. 19. & lib. 5. tit. 5.* quoties videlicet, eadem res ſeu quæſtio, inter eaſdem perſonas, & ex eodem modo agẽdi in iudicium reuocatur poſt rem iudicatam, *l. 3. 4. 5. l. cum quæritur, 12. cum duabus ſeq. de excep. rei iudic. P.* Quod & locum habet in heredibus eorum, inter quos iudicatum eſt, *Iul. Pau. lib. 1. rec. ſen. tit. 2. §. 4. extat & tit. C. vt act. ab here. & con. here. & l. vn. ex del. def. in quan. hered. ten. C.*

35 ¶ † Et vix nulla contra rem iudicatam ſuperſunt remedia, neq; etiam prætextu inſtrumentorum de nouo repertorum, *l. ſub ſpecie, de re iu. C. l. ſub prætextu 1. de tranſ. C.* niſi forſan agatur de cauſſa publica, aut ex alia iuſtiſſima cauſſa id permittatur, *l. Imperatores, 35. de re iud. P. l. vn. de ſent. aduer. fiſ. retract. lib. 10. C.* vel vt ante dixi, ſi ſententia non tranſierit in rem iudicatam.

36 ¶ † Et Cicero refert olim Præſides de rebus iudicatis denegaſſe actiones, *Cic. pro L. Flacco.* & extremæ imprudentiæ eſſe, iudicata labefactare conari, *idem pro A. Cluent.* rerumq; iudicatarum infirmationes ciuitatum afflictarũ perditis iam rebus extremos exitiorum ſolere eſſe exitus, *Cic. pro lege Agrar.* Excipiunt tamen iura remedia contra has ſententias, ſupplicationem, *l. ſi quis aduerſus, & auth. quæ ſupplicatio, C. de prec. Im. offe. & l. 1. C. de ſen. præf. præt.* reſtitutionem in integrum, *l. 1. & tot. tit. ſi aduer. rem iudic. C.* querelam falſi, ſi circumuentam religionem fuiſſe iudicantis ex falſis inſtrumentis vel teſtimoniis doceatur, *l. diuus, 33. de re iu. P. l. querelam, C. de fal. l. 1. 2. 3. 4. ſi ex falſ. inſtr. vel teſt. iud. ſit, li. 7. C. ti. 58.*

37 ¶ † Supplicatione cum auctoritate Principis, non alterius auctoritate repetitur iudicium, idq; ex cauſſa vel per defectum probationum, vel inſtrumentorum non productorum, vel per errorem re iudicata, *l. diui fratres, 27. de pœ. P. l. ſi quis, & Auth. quæ ſupplicatio, de prec. Imper. off.* Huc tamen non pertinet exceptio doli mali, quod iudex factus fuerit, poſtquam datus eſt inimicus: quia per ſpeciem appellationis liceat retractare ſententiam, *Pau. l. non diſtinguemus, 37. §. cum quidam, de recep. arbit. P.*

38 ¶ † Magiſtratus porro qui habent merũ & mixtum imperium, & a quibus nõ poteſt prouocari reſtituunt in integrum, tam contra alios actus poſtulantium, quam contra propriam ſententiam, ex cauſſa legitima, *l. in cauſſæ, in 2. § ſi cum duab. ll. ſeq. de min. 25. an. P.* quæ generaliter duplex eſt, aut error proprius iudicis vel partis, vel circumuentio aduerſarii, *l. præfecti etiam prætorio, 18. eod. ſi mentitus, conſtit. Lud. 12. an. 1495. art. 80 & 89* Reſtitutio in integrum contra ſententias minorum Magiſtratuũ, poterat fieri per Præſidem prouinciæ, *l. præſes prouinciæ, d. tit. de mino. 25. ann.* Putarunt & contra ſententiam Principis reſtitutionem in integrum poſtulari poſſe, ob omiſſas allegationes, aut ob præuaricationem aduocati. Verum Princeps ſolus reſtituit, cum nec minor Magiſtratus poſſit reſtituere aduerſus ſuperioris ſententiam, *l. minor, 19. §. 1. eo. tit. de minor. 25. an.*

39 ¶ † Iure ciuili quadriennium dabatur ad proponendam reſtitutionem in integrum contra ſententiam, *l. fi. C. de temp. in integ. reſtit.* Moribus Gallicis & conſtitutione regia, decem anni, reputatione facta a 25. anno conceduntur, non amplius: etiam ſi agatur de alia reſtitutione, quam aduerſus ſententiam, & cõtra contractum etiam nullum. In quo tamen caſu, iura ciuilia & Pontificia 30. annos reſtitutioni poſtulandæ indulgent, *gloſſ. in l. ſicut, de præſcr. 30. vel 40. an.* Quod & Pariſienſi curiæ ſupremę aliquando placuit, vt ex eius placito conſtat 19. Martii 1534.

40 ¶ † In Gallia, olim non proponebatur prætextu erroris ſupplicatio, niſi per literas proprio motu Regis conceſſas, *conſt. Lud. 11. ſur la propoſition d'erreur.* Hodie tamen ſupplicatur & obtinentur codicilli retractationis areſti ex cãcellariis eius curiæ, dummodo areſtum ſit definitiuum: nam contra interlocutorium nõ proponitur error, cum in definitiuo iudicio poſſit emendari. Vocant practici hanc ſupplicationem, *Requeſte ciuile en propoſition d'erreur*, quam a cancellaria decerni & ſtatui operæpretium eſt, pro reſcindendis vel retractandis curiæ ſupremæ placitis.

¶ † Si vero agatur de ſententiis vel iudiciis in curia præſidiali iudicatis, retractandis, non eſt cancellaria conſulenda, ſed ſupplicatione curiæ eidem præſidiali ea de re porrecta cõqueri licet contra iudicia, vt retractentur ſi fieri debeat ex conſt. Henrici 2. *ſur l'ampliation de l'edict de creation des Magiſtrats preſidiaux*, 6. Apri. 41
1551. ¶ † Is tamen qui cum poſſet appellare, non prouocauit a ſententia, non poteſt contra eam ſupplicare Principi, ſed ſiſtere perpetuo cogitur, aut conqueſtus ignominiæ pœna notatur, *l. 3. vt lit. pen. vel poſt prouoc. nulli, &c. C.* Tranſit enim ſententia in rem iudicatam, *c. quod ad conſultationem, de ſent. & re iud.* ſed nec ante ſententiam, nec pendente lite vel appellatione, ſupplicare licere, paucis exceptis, inuenies in l. 1. & 2. C. vt lite pendente, aut poſt prouoc. aut defin. ſent. nulli liceat imp. ſupplic. lib. 1. C. tit. 24. 42

## De Appellationibus. Cap. 2.

Lib. 49. P. tit. 1. cum ſeq. Lib. 7. C. tit. 62. cum ſeq. In Nouell. Iuſtin. conſtitut. 23. 93. & 113. Lib. 2. Decret. tit. 28. Lib. 2. Sex. tit. 15. Lib. 2. Clem. tit. 12. 2. q. 6. apud Gratianum. De pluribus appellationum quæſt. vide Guid. Pap. q. 436.

1 *Sententia ante deciſionem appellationis, vel eius deſertionem, non tranſit in rem iudicatam.*
2 *Appellandi vſus neceſſarius.*
3 *Appellatio quid. Eius diuiſio in extraiudicialem & iudicialem, nu. 5.*
4 *Appellationis, prouocationis, & interceſſionis ſecundum aliquos differentia.*
6 *Appellatio extraiudicialis quid, de quibus fiat, & vt in oppoſitionem conuertatur, quando & quomodo, nu. 7. & 8.*
9 *Appellatur quando ab exſecutore.*
10 *Appellatio iudicialis quid, & quotuplex: a quibus appellari non poſſit iure ciuili, canonico & Gallico, nu. 11. 12. 13. & 14.*
15 *Appellatio ab interlocutoria iure ciuili, & Gallico, quãdo ſuſpendit iudicatum.*
16 *Appellatur in Gallia a denegatione iuris & iuſtitiæ, & quomodo: a detentatione longa carcerum, & quid in ea ſtatuendum, n. 17.*
18 *Appellationi non deferens iudex, quomodo puniendus.*
19 *Appellatione remota clauſula reſcripti, an tollat facultatem appellandi.*
20 *Appellatio manifeſte iniuſta an debeat admitti.*
21 *Appellari a ſententia criminum, in iure ciuili quando, & in iure Gallico, liceat.*
22 *Appellatio non admittitur a præſidialibus, aut a contumacia, & aliis quibuſdam.*
23 *Sententiæ quæ ſine appellatione reſcindantur iure.*
24 *Appellari a quibus iudicibus non poſſit.*
25 *Appellandi duplex formula, voce & ſcripto.*
26 *Appellatio cur ab actuario iudicis a quo ſcribi debeat.*
27 *Appellare intra quod tempus oporteat.*
28 *Apoſtoli appellationum quid & quando peti debent. Eorũ quinque ſpecies. Et in Gallia qualis eorum obſeruatio, nu. 29. & 30.*
31 *Appellationis proſequendæ tempus, & eius item finiendæ, nu. 32.*
33 *Appellandum ad proximum ſuperiorem, non omiſſo medio.*
34 *Appellationes criminalium ſententiarum, quando omiſſo medio fiunt ad curiam parlamenti.*
35 *Appellationum iudices quomodo pro varietate negotiorũ in Gallia, & alibi conſtituti fuerint.*
36 *Appellatio ab abuſu eccleſiaſticorum iudicum quid, & quando, & ad quem fiat.*
37 *Appellationis cauſſa ab interlocutoria ex iiſdem actis iudicatur: contra, ſi a definitiua.*
38 *Appellandum modeſte a iudice, & per iudicem ſine contumacia reſpondendum.*
39 *Appellare quis poſſit, & quis pro alio, nu. 41.*
40 *Appellante vno ex pluribus, quando aliis proficiat vel noceat appellatio.*
42 *Appellans intra quot dies impune renuntiare poteſt appellationi.*
43 *Appellationis finalis cauſſa.*
44 *Sententia interlocutoria quando non obſtante appellatione mandari poteſt exſecutioni, & nu. 47.*

45 *Attentata contra appellationem, quando reuocentur. Idq; duplici via nu.46.*
46 *Inhibitiones quid in cauſſa appellationis.*
49 *Iudicis male iudicantis pœna.*
50 *Officio iudicandi non priuatur quis, niſi in tribus caſibus in Gallia.*
51 *Appellantium temere mulcta & pœna.*
52 *Appellationis admittendæ rationes.*

1 EX † ſuperiori capite colligi poteſt, ſententiam non tranſire in
rem iudicatam, ſi appellatum fuerit, & antequam iudicata ſit
appellatio, aut deſerta fuerit, & quieuerit officium iudicis. Quo-
circa de appellatione dicendum erit neceſſario. Sic admonet et-
iam lex antiqua, de qua meminit Cice.2. *de legib. Magiſtratus, nec
obedientem & noxium ciuem, mulcta, vinculis, verberibuſve coer-
cento: ni par maiorve poteſtas populuſve prohibeſſit, ad quos prouoca-*
2 *tio eſto.* ¶ † Appellandi autem vſus quam ſit frequens, quamq; ne-
ceſſarius nemo eſt, qui neſciat, quippe cum iniquitatem iudican-
tium, vel imperitiam corrigat: licet nonnunquam bene latas ſen-
tentias in peius reformet, neq; enim vtique ſemper melius pro-
nuntiat, qui nouiſſimus ſententiam laturus eſt, vt ait Vlp. *in l.1. de*
3 *appel. lib.49. P. tit.1.* ¶ † Appellationis finitiones a ſingulis aucto-
ribus fere confingũtur. Dico ego, appellationem eſſe inuocatio-
nem auxilii ſuperioris iudicis, ad emendãda facta per inferiorem.
Nam dicere cum Hoſtienſe, ſuſpenſionem iudicati per inferio-
rem, non placet: eo quod non ſemper appellatio ſuſpendat iudi-
catum, vt doceri poteſt ex ſequẽtibus. Dicere quoq; eſſe prouo-
cationem ad maiorem iudicem ratione grauaminis illati vel in-
ferendi, *quam finitionem adfert Bar. in l.1. de appel. P. Pan. in rub. de
appel.* minus probatur, quia & temere appellationes, & ſine gra-
uamine interpoſitæ, appellationes dicũtur, quamuis iniuſtæ ſunt,
vt in tit. *Quorum appellat. non recip. C.* Omitto & alias finitiones
prope ſimiles aliorum. Nec immorabor in ſignificatione gene-
rali nominis appellationis & prouocationis, ne extra chorum, vt
dicitur. Sed in iudiciali pedem figemus, vel quæ ad iudicialem
4 cauſſam pertinet. ¶ † Glareanus in annotat. ad 3. lib. Liuii decad.1.
inter prouocationem, appellationem, & interceſſionẽ intereſſe
putat: vt quidam appellationem inter æquales eſſe exiſtiment, vt
a Decemuiro ad Decemuirum, a Conſule ad Conſulem. Prouo-
cationem, a minore ad maiorem: vt a Cõſule aut quouis alio Ma-
giſtratu, ad populum. Interceſſionem vero inter vtroſque: vt Tri-
buni, contra Tribunum: Tribunorum, cõtra Conſulem aut Se-
natum. Quæ tamen in noſtro iure non ita obſeruantur, vbi & ap-
5 pellatio & prouocatio confunduntur. ¶ † Diuiditur autem appel-
latio, in extraiudicialem & iudicialem: in quibus & illa membra
videntur contineri, quę quatuor conſtituuntur. Dum alii dicunt,
anteiudicialem, quæ ante litis conteſtationem fiat, *vt in c. ſignifi-
cante, 34. & c. Rodulphus, 35. de reſcript.* intra iudicialem vero, quæ
poſt litem conteſtatam ante iudiciũ fit, *vt c.1. de dilat.* iudicialem,
a ſententia definitiua, *tot. tit. de appel.* & poſt iudicialem quæ adii-
citur exſecutioni, *l. ab exſecutore, eod. P. l. ab exſecutione. quor. appel.*
6 *non recip. C. c. quoad conſultationem, de re iud. cum ſimil.* ¶ † Appel-
latio extraiudicialis eſt, quæ cauſſa adhuc non cœpta interponi-
tur: veluti ab ſpoliatione, aut electione, quæ pertinet potius ad
cauſſam incoandam, *vide Phil. Fran. in c. bonæ, de appel. & in c. cum
ſit, eo.* cum tamen ipſa non incoet, nec per eius interpoſitionem
fiat litiſpendentia, *Rom. dec.763. incip. ſciendum eſt, de appell. antiq.*
Habetq; vim citationis in cauſſa beneficiali, nam ita appellatus,
tenetur abſque alia noua citatione comparere coram iudice ad
quem appellatur: & ſi non compareat, in eum quemadmodum
in contumacem ſtatui poteſt, *Phil. Fran. in d. c. bonæ, Maran. Spec.*
7 *6. par. c. de appel. num.268. tex. & gl. in c.1. de elect. in 6.* ¶ † In aliis ta-
men cauſſis quam beneficiorum eccleſiaſticorum, citatio exigi-
tur in hac, *Pan. ad c. cum ſit Romana, col. pe. de appel.* Fit autem pro-
uocatio hæc, non tantum ab iis, quæ geruntur per iudicem exſe-
quendo vel ſtatuendo extra iudicium, & cõtra alias partes quam
litigantes: ſed etiam ab iis, quæ aliquis alius cõtra nos ſine iudicio
agit. *gl. in l. qui reſtituere, de rei vind. Phil. Franc. in rubr. de appellat.*
Sunt vero plura in hac appellatione actuũ extraiudicialium, quæ
differentiam conſtituunt cum iudiciali, quæ videto apud Dec. *in
c. bonæ, de appel. Panor. in c. cum ſit Romana, & d. c. bonæ, eo. c. dilecto,
de except. c. cum L. & A. de re iud. Philip. Fran. & interpretes, in d. c.
bonæ memoriæ, de appell.* Solent interdum curiæ, ad quas prouoca-
tio fit, mutare appellationem in interceſſionem, quod dicũt *con-
uertir l'appel en oppoſition*, vt appellans iure exceptionis vel oppo-
ſitionis audiatur. Veruntamen Carolus 7. in hac quæſtione ſta-
tuit, ſua conſt. art.22. ne hoc ſine cauſſa fieret, & ſi cum cauſſa fa-
ctum fuerit, ne, niſi cum ratione & delectu, curię retineant litem
illam in oppoſitionem conuerſam, ſed reiiciant ad proprios iudi-
ces. ¶ † Num autem extraiudicialis appellatio ſuſpendat actum, 8
& de eius effectu, vide Bar. *in l. ſi res, de appel. recip. P. in l.1. §. ſolent,
quando appel. ſit.* Notat autem Imbert. *lib.2. Inſt. forenſ.* appellatio-
nis formam Principis reſcripto, in formam interceſſionis ſæpe
commutari, neq; ideo vlla ex parte appellantis cauſſam fieri de-
teriorem, niſi quod iuſtis ſumtibus in eam rem aduerſario factis
damnatur. Nam quod per appellationem conſecuturus erat ap-
pellans, id ei præſtat interceſſio. Et iudici, apud quem appellatio
tractanda eſt, Princeps mandat per literas cancellariæ vt nullam
appellationis rationem ducens, cauſſas audiat interceſſionis, de
hiſque ius reddat. Quin vbi a iudice cui ſententiæ exſecutionem
ſuprema curia delegauit appellatum eſt, ibi etiam licet appella-
tionem in interceſſionem conuertere, aut eam, quod frequẽtius
eſt, in irritam deuocare: ſcilicet ſi a leuioris præiudicii interlocu-
tione oriatur appellatio. Verum curiæ ſupremæ in eam rem con-
ceſſum reſcriptum a cancellaria deſtinari debet, non illi iudici a
quo prouocatum eſt. ¶ † Obſeruandum enim eſt regulariter, ab 9
exſecutore ſimplici & mero appellari non poſſe, *l. ab exſecutore,
de appell. P.* Quare ſi quid is perperam vel male exſequi videatur,
obiicienda illi interceſſio ſeu oppoſitio, *l. a Diuo Pio. §. ſi ſuper re-
bus, de re iud. P.* Quod ſi contemta interceſſione, non ſuperſedeat
ab exſecutione, rectiſſime ab eo prouocatur, atq; huiuſmodi ap-
pellationes ſuapte natura in interceſſionem commutantur, vt ita
pronuntiatum in iuridicis conuentibus, Pictauienſibus 3. Octob.
1531 refert Imbertus. Satius enim viſum eſt, permittere appella-
tionem, quam cum iure ciuili permittere conceſſam iniuſte gra-
uato contra apparitorem defenſionem, per quam eam impune
permittebat, *l. prohibitum, & l. defenſionis, de iure fiſc. lib.10. C.* Ad ar-
ma enim permittendum nõ eſt per iudicem eos peruenire, quos
iuriſdictione poteſt componere, *l. æquiſſimum, de vſufru. P.* ¶ † Iu- 10
dicialis appellatio dicitur illa, quæ de rebus in iudiciũ iam dedu-
ctis in quacunq; iudicii parte fit. Hanc triplicem videtur conſti-
tuere Maſuerius, *tit. de appel. nu.32. §. item animaduertendum quod
triplex*, &c. Scilicet eam quæ fit a falſo iudicato, quæ a grauamine,
& quæ a iuris denegatione. Sed iſta diuiſio potius ad materiam &
cauſſas, de quibus poteſt appellari, quam ad aliam ſubſtantialem
diſtinctionem pertinet. ¶ Appellari porro generaliter tam in ma- 11
ioribus, quam in minoribus negotiis poteſt, *l. & in maioribus, C. de
appel. l.3. C. de pœn. iud. qui male iud.* niſi ſpecialiter prohibitum ſit:
ſicuti iure ciuili non poteſt a ſententia interlocutoria, *l. ante ſen-
tentiæ tempus quor. appel. non recip. C. l. apertiſſimi, C. de iud. l.2. de e-
piſc. aud. C.* neque ante litem conteſtatam, *l. fi. de ſen. & interloc. om.
iud. C.* Diſputat hoc Lanfrancus *ad c. quoniam contra, ad verb. ap-
pellationes, num.114. de prob.* Exceptis tribus caſibus, primus, ſi gra-
uamen quod infertur interlocutoria, non poſſit reparari defini-
tiua, *l.2. de appel. recip.* ¶ † Secundo, ſi interlocutoria vim habet de- 12
finitiuæ, *l. intra vtile, de minor. P.* Tertio, ſi ſperetur ſequi alia de-
finitiua, *l. ait Prætor, eo.* Iure canonico, ab omni grauamine & ab
omni ſententia, appellare licet, *c. vt debitus honor. c. ex parte, c. cum
ſit Romana. de appel. tot.2 q.6.* a grauamine videlicet præſenti, non
a futuro: niſi pro eminenti periculo, & maxime in actu momen-
taneo, *Maſuer. tit. de appel. §.11. incip. Item ſi appellans, poſt Bar. in l.
eius qui, de appel. recip. facit Cle. appellanti, & ibi interp. de appell.* vel
pro comminato, *d. Cle. appellanti.* ¶ † In Gallia tamen prouocatio- 13
nes a prehenſionibus vel vadimoniis, vt dicunt *d'adiournement
perſonnel, ou prinſe de corps*, non admittuntur, ſed non obſtante ap-
pellatione, demandantur exſecutioni auctoritate iudicis, qui in
ſuæ iuriſdictionis homines decreuit, vt cautum conſti. Car.7. art.
14. Caroli 8. art.91. Franc.1. *Sur la reformation de la iuſtice de Nor-
mandie*, art.4. Ordinatione curię ſupremę Pariſiorum, *Sur les con-
ges & defaux*, art.5. Et hoc iuri conforme docet Guid. Pap. *deciſ.
235. per l. eos §. ſuper his, de appel. C.* neque enim recipitur prouo-
catio a ſimplicibus iudicii præparatoriis: quamuis ſecundum ius
pontificium, liceat etiam appellare a citatione, *c. præterea, de dila.
Bal. in l.2. de epiſc. aud. C.* cui etiam ius ciuile obſiſtit: cum vocatus
non debeat contemnere iuriſdictionem vocantis, *l. ſi quis ex alie-
na, de iudic. P. l. ex quacunq;, ſi quis in ius voc. non ier. P. c. veniens,
de accuſ.* Et ita non licere prouocare ab adiornamento, placuiſſe
Senatui Pariſienſi in cauſſa cuiuſdam *Bouton*, tradit Ioan. Gallus,
in quæſt.157. Si tamen quis ſit incarceratus in odium appellatio-
nis, recte per delegatum ſeu cõmiſſarium debet liberari, ſi male
ſit in-

ſit incarceratus: vel ſi iuſte incarceratus fuerit, debet adduci ad iudicem, ad quem prouocatum eſt, vt notat Maſuer. *d. tit. de appel.* §. 43. item ſi ille qui eſt incarceratus.

14 ¶†Sequimur autem in Gallia in aliis ius pontificium, vt a quacunq; ſententia liceat appellare, imo & a nulla opus ſit appellare, vt ſi nõ appelletur, firma ſit, in quo ius ciuile abrogatur, quo ſententia nulla ipſo iure ſine appellatione reſcindebatur, *l. 1. C. quan. prou. nõ eſt nec. l. ea quæ, C. quo. & quan. iud.* Et ita iudex appellationis cognoſcet de nullitate ſententiæ oppoſita, ſicuti tradit Guid.
15 Pap. *dec. 436. nu. 54.* ¶†Idem aũt Guido Pap. *deci. 75.* ſcribit Ludouicũ Delphinum Viennenſem ſtatuiſſe, anno 1449. ne liceret ab interlocutoriis appellare ciuilibus negotiis: niſi in caſibus a iure ciuili permiſſis, quæ in definitiua reparari nõ poſſunt, & ideo iura canonica non ſeruari in appellationibus interlocutoriarũ. Caſus autem eſſe, in quibus ab interlocutoria appellatur, ſi quæſtionem vel torturam de aliquo ſtatuat iudex, *l. 2. quo. appell. recip. C.* ſi fideiuſſores dicat idoneos, & non ſint, *l. arbitro. qui ſatiſd. cog. P.* ſi copia actorum negetur, *l. 2. vt lit. penden. C.* ſi legitimam excuſationem tutoris non admittit, *l. 2. ſi. & l. ſi quis tutor, quan. appel. ſit.* ſi iubet ſolui minori pecuniam ſine tutore, &c. *l. ita prætor, §. permittitur, de minor. P.* vt apud Papæum videbis. Ex conſtit. Franc. 1. *Sur l' abbreuiation des proces*, art. 4. Et conſt. *Sur la reformation de la iuſtice de Normandie*, artic. 3. appellatio ab interlocutoria ſententia, quæ reparari poteſt in definitiua, nõ prohibet, quominus iudex, a quo prouocatum eſt, poſſit in principali negotio procedere: nec eam notionem ſuſpendit, quãquam inhibitio ei fiat per literas cancellariæ, aut per codicillos, ne lite pendente, excepta cauſſa ſententiæ, quæ lata eſt contra allegatam incompetentiam iudicis, vel ſi prouocatum ſit a recuſatione nõ admiſſa: nam prouocatio ea ſuſpendit officium iudicis, ex conſt. Lud. 12. 1499. art. 82. Et Franciſ. 1. *Sur la reformation de la iuſtice de Normandie*, art. 4. Nihil tamen prohibet, quin reiectis recuſationibus contra iudicem, de lite in eadem ſede iudicii, cognoſci poſſit, non obſtante appellatione, per alium quam iudicem recuſatum, per conſtitut. Franc. 1. an. 1539. art. 11. Rebuff. in 163. priuilegio Scholaſticorum, ſingulari iure Scholaſticum poſſe appellare a qualibet interlocutoria tradit. Legitur tamen in ſtylo parlamenti, titul. *Quorum appellationes non recipiuntur*, quę diximus de non admittenda appellatione, in Gallia locum habere, in locis, quæ iure ſcripto vtũtur: ſed nõ in patria conſuetudinaria, in qua ab omni grauamine cuiuſcunque ſententiæ licet appellare: & ſeruatur ius canonicum, *c. ſuper eo, 2. & c. vt debitus, de appel. vide glo. in c. ſunt quorum, 2. q. 6. gl. & tex. in c. cum ad ſedem, de reſt. ſpol.* Seruari tamen video, quod ſcribit Gui. Pap. *dec. 74.* vt ſi appelletur in ciuilibus ab interlocutoria, iudex a quo prouocatum eſt, poſſit procedere in cauſſa, donec fuerit ei inhibitũ ne procedat, per iudicem ad quem appellatum eſt, aut per literas cancellariæ, quamuis in definitiua appellatione interiecta, quieſcat officium iudicis.

16 ¶†Appellatur & in Gallia a denegatione iuris, ſi interpellatus iudex ſententiam dicere differat: idque ex generali Galliæ conſuetudine receptum tradit ſtylus parlamenti, *in 1. part. tit. quorum appellationes non recip.* vbi denegatio illa dicitur defectus iuris. Eaque negatio colligitur dupliciter, vel per expreſſam iudicis declarationem, ſi dicat ſe nolle ius dicere: & ſi iudex taceat, nec tamen ius reddat, quo caſu trina interpellatione debet iudex de negligẽtia argui, in vnaquaque petendo vt ius dicat, *Spec. in tit. de appell. §. qualiter, verſic. item quod faciat, gl. in Cle. ſi. de appel. in verb. repulſione. Imola in c. dilecti, eod. Pan. in c. 1. de ſuppl. neglig. præla. in c. cum in veteri, de elect. vide in ar. c. licet, 10. c. ex tenore, 11. de for. compet. c. adminiſtratores, 23. q. 5. & in illis notat.* Et ita poteſt a negligentia iudicis appellari, quæ illis interpellationibus conuincitur, *Ioan. And. & Panor. in c. dilecto, de appel. Hoſtien. in c. interpoſita, eod. gl. in Cle. quamuis, eod. Nic. Mil. in §. appellatio, verſ. appellari poteſt a iudice reiiciente.*

17 ¶†Poſſet & appellare quis a longiori detentione carcerum, *Guido Pap. dec. 236.* Verum iudex ad quem prouocatur non continuo ſoluit eum a carcere, ſed veſtigia primi iudicis ſequendo, acta eius inquiret, quia in eius locum ſuccedit, vt ſuppleat negligentiam, *l. pen. iud. ſol. P. Gui. Pap. deci. 237.*

18 ¶†In ſumma, de omnibus rebus, & grauaminibus, & ſententiis poteſt fieri prouocatio. Neque eo ſuperbiæ debet peruenire iudex a quo prouocatur, vt poſtquã appellatum eſt legitime in ſententia definitiua, vel in aliis inhibitus eſt a ſuperiori, cognoſcere vel in negotio quippiam tentare & amoliri, audeat, alioquin iure ciuili puniendus pœna triginta librarum auri, *l. quoniam iudices, & l. iudicib. l. immunitas, de appell. C. l. αὐτοκράτωρ, eod. tit. P.* iure vero pontificio, & Gallico, arbitrio ſuperioris punitur, *ca. priore, de appell.* Expertus & olim eſt apud Romanos Capito, quantum deferendum ſit appellationibus: is namque, cum reus ab eo ius dicente ad Cæſarem prouocaſſet, ſtatim in ſellam altiorem conſcendit, atq; ita dixerat, age nunc cauſſam apud Cæſarem, eumque cauſſa rurſus cognita damnauerat: ſed eius ſuperbiæ & inſolentiæ pœnas apud Galbam Imperatorem luit, *Xiphil. ex Dion. in Galba.* Facit *c. vt debitus honor, de appellat. l. potioris, de offic. diuerſ. iudic. C.* Et contra huiuſmodi iudices adiri poteſt Princeps, vt ait Conſtant. Harmenop. *lib. 1. tit. 21.* In omnibus itaque & ab omnibus, facultas appellandi permiſſa cenſetur, niſi ſpecialiter inueniatur prohibita, *gl. in l. qui reſtituere, in verb. reſtituitur, de rei vindic. P. l. in maiorib. & ibi Bart. C. de appel. Specul. tit. de appell. in §. in quibus.* Legeque Iulia de vi publica, qui afficit iniuria appellantes: bonis cum infamia fiſco delatis afficitur, *l. lege Iulia, ad leg. Iul. de vi pub. P.* Speculator autem ponit 57. caſus, in quibus cenſetur prohibita appellatio, *Speculat. in dicto §. in quibus, titul. de appel.*

¶†Eſt & in reſcripto interdum clauſula, qua datur iudicandi 19
poteſtas, appellatione remota: quæ appellationem remouet, ſed tamen non omnem, ſed friuolam tantum, quæ nõ eſt in iure ſcripta, *c. paſtoralis, cum ibi not. de appel. gl. in c. vt debitus honor, eod. tit. & c. paſtoralis, de off. deleg. vide glo. in l. 1. §. fin. a quib. appel. non lic. P.* Sic etiam quoq; reſcriptum eſt, vt dum a Principe notio negotii alicui mandatur, omni exceptione remota, intelligatur locutus tantũ Princeps de friuola & aperte perperã obiecta, non de aliis, *c. ex parte, in 2. cum ibi not. de off. dele. Bar. in l. 1. quod vi aut clam, P.*

¶†Et manifeſte iniqua appellatio non debet admitti, *c. ex lite-* 20
*ris, de ſponſa. c. cum ſpeciali, §. porro, de appel. c. cum ſit Romana, §. fin. eo. tit.* Cum appellatio ſit remedium & præſidiũ innocentiæ, non fomentum malitiæ & fugæ litigantium, *d. ca. cum ſpeciali, §. porro, & l. 1. de appel. P.* Niſi forſan in notoriis, adhuc quoddam dubium ſit, quod probari per appellationem in ſui fauorem & contra ſententiam poſſit, illaque cauſſa appellationi inſeratur: nam tunc appellatio admittenda, in qua poſſit non probatum probare, & non deductum in ſententia & ante iudicem a quo appellat, deducere coram eo, ad quem prouocet, *ca. ex tranſmiſſa, qui filii ſint leg. l. obſeruare, quo. appel. non rec. C. vide hac de re Phil. Franc. in d. c. cum ſpeciali, §. porro, & in §. conſuluit, de appel. Lud. Roman. conſ. 324.* Vt ecce ſi confeſſus crimen damnatus reuocet ſuam confeſſionem, auditur appellans, *c. Romana, §. ſi autem, de appella. in 6. & ibi Io. And. in gl. l. ſi. §. iuſſu, de appel. P. Barto. & alii in l. 2. quo. appel. non rec. hoc diſputat & concludit deciſ. Cap. Tholoſ. 176. & ibi Steph. Aufrer. fuſiſſime.*

¶†Non admittuntur iure ciuili in grauioribus criminibus ap- 21
pellationes reorum, veluti raptus, *l. 1. de rap. virg. C.* & falſę monetæ, *l. 1. C. de falſ. mon.* & ſimilium, *l. 2. quor. appel. non recip. C.* etiamſi in aliis vltimo ſupplicio dignis admittatur appellatio & reorum, & aliorum prouocantium pro illis, *l. addictos, de epiſc. aud. C. l. addictos, de appel. C. l. non tantum, eod. P.* quod in Gallia receptum in omnibus quoq; grauioribus: exceptis quibuſdam quæ pertinent ad notionem eorũ, a quibus omnis ſubmota eſt via prouocationis, vt ſi a latrunculatore ſecundũ legitimæ ſuæ iuriſdictionis calculum, erro, latro, viarum obſeſſor, populator agrorum, militiæ deſertor, & ſimiles damnati ſunt.

¶† Sic enim placuit Principi. Vt quoque in ciuilibus negotiis 22
præciſa eſt via appellationis a Præſidialibus, ſi intra fines pecuniæ poſtrema iuriſdictione comprehenſæ iudicatum ſit: vt ex edicto creationis eius iuriſdictionis, & quotidiana praxi certiſſimũ eſt. Non auditur contumax damnatus appellans, ſi legitime vocatus, & eo abſente & contumace, negotium eius fuerit ſummatim diſcuſſum ſententia iudicis, *l. ex conſenſu, 23. § fi. de appel. P. l. 4. de app. recip. P. l. 1. quo. appel. non rec. C. l. properandum, §. cum eremodicium, de iud. C.* Item deneganda eſt appellatio, dum exigitur ratio functionis publici aut priuati calculi, *l. 4. quo. app. non rec. C.* quod vocant *reddition de comptes*. Si ſtatuatur apertio teſtamenti, *l. pe. C. eo.* Si velit quis tertio appellare, cum antea bis appellauerit, *tit. ne lic. in vna eademq; cauſſa ter prouo. C. § præbebunt, conſt. 82. de iud. & §. ac præterea, Nouel. 126. c. ſin aũt, §. poſt ſententiam, & c. ſi quis, 2. q. 6. c. ſua nobis, & c. directe, de app.* Si pacti fuerint litigantes, ne liceret a ſententia prouocare, *l. ſi. §. ſi. de temp. & repar. app. C.* vel ſi quis appellare vult, cum profeſſus ante ſit ſe non appellaturum, *l. 1. §. ſi quis ante ſententiam, a qui. app. lic. P.* Non ab arbitris, vt diximus in arbitris ſuperiore libro. Item ſi res dilationem non recipiat, non permittitur ẽt appellatio: veluti vt dictum, ſi agatur de apertione

teſtamenti, vel de diſtribuendo frumẽto, de herede in poſſeſſionem inducendo, ſi de decernendo aliquid ex edicto perpetuo, ſi de vendendo pignore, vt ſcribit Paulus *in l. fi. de appel. recip. P. cum ſimil. ibi per gl. nota.* Item non appellatur, ſi iudex interlocutus ſit ſe conſulturum Principem, *l. 1. §. hinc conſequenter, de appel. P.*

23 ¶†Sunt & caſus in iure ciuili, in quibus appellatio non eſt neceſſaria, & ea reiicitur: veruntamen ſententia non officit & nulla eſt, vel reſcinditur ſine appellatione: puta, quia ſententia fiat de iam ab eodem iudicato, *l. 1. quæ ſen. ſine ap. reſcin. P. l. 1. quan. prouoc. non eſt nec. C. l. poſt ſententiam, de ſen. & interlo. P. l. ſi cauſſa cognita, C. de tranſact.* Si calculi in ea error interuenerit, *d. l. 1. quæ ſent. ſine appel. reſc. l. 2. C. de iure fiſc. l. 2. C. de re iud.* Si contra ſacras conſtitutiones iudicatum, *d. l. 1. quæ ſent. & c. l. ſi expreſſim, de appel. P. l. 2. & l. certa, 5. quan. prouoc. non eſt nec. C.* Si contra abſentem non contumacem, *d. l. 1. §. item cum ex edicto, quæ ſent. &c.* Si damnetur is, qui ſententiæ tempore in rebus humanis non eſt, *l. 2. quæ ſen. ſine app. reſc. l. in ſumma, §. ſi de re iudic. P. l. de qua re, §. cum abſentem, de iud. P.* Si impoſſibile præcipiatur in ſententia, *l. fin. quæ ſen. & c. l. ſi cum dies, §. antep. & pen. de arb. P. l. duo, de re iud. P.* Si pluribus iudicibus datis vel delegatis, vnus tantum, non omnes pronuntiẽt, *l. cum magiſtratus, 4. quan. prouo. non eſt nec. C.* vel ſi iudex delegatus extra diem ſibi conſtitutæ poteſtatis iudicet, *in l. cum non eo die, quan. prouoc. non eſt nec. C. l. ſi vt proponis, 1. quom. & quan. iu. C.* Si per ſordes venalis lata ſit ſententia, *l. venales, 7. C. quan. prou. non eſt nec. l. ſi filiusfamil. de iud. P.* Si ſtatuatur contra minorem, vt decurionatum accipiat patre non conſentiente, *l. ſi pater tuus, 8. C. quan. prou. non eſt nec.* Si contra immunitatem veteranus vocatur ad munera, *l. veteranus, 9. eod.* Et ſic de ſimilibus, in quibus tamen in Gallia opus eſt appellatione, vt monuimus.

24 ¶†Præterea, appellatio reiicietur facta ab iis iudicibus, a quibus prouocari non poteſt, quare non auditur appellãs a Principe, vel a Senatu, *l. a qui. appel. non eſt nec. P. l. nec cauſſas, 15. de appel.* a præfecto prætorio, *l. 4. de ſent. præf. præt. C. l. a Proconſulibus, C. de appel. cum ſimil. l. 1. de off. præf. præt. P.* quanquam a delegato Principis ad Principem, *l. eos etiam, 16. C. de appel. & conſulta.* & a Procõſulibus & Prætoribus, *l. ſi apud vtrumq; 17. & l. a Proconſulibus, 19. C. eod.* ad Præfectum appelletur, & a legato Procõſulis, & delegatis aliis, *vt in l. pen. & fi. quis & a quo appel. P.* Lex erat apud Cic. 3. *de legib.* militiæ, *Ab eo qui imperabit, prouocatio ne eſto, quodq; is qui bellum gerit, imperaſſit ius ratumq; eſto.* Erant & apud Athenienſes, iudices dicti ἐφέται, octoginta capitalium cauſſarum, quinquagenariis maiores, ſingulari opinione probitatis, dicti Ephetæ, quod ab illis non eſſet prouocatio: ius dicentes vel in Palladio, vel in Prytamneo, vel Delphinio, vel in Phreate, *Suidas in ver. ἐφέται.* A iudice ex conſenſu litigantium ſine compromiſſo, appellari poteſt, *l. ex cõſenſu, 24. de appel. P. l. ſi C. de iud.* at a compromiſſario, vt diximus in arbitris, non licet, *& docet l. 1. C. de arb. l. arbiter, qui ſatiſd. cog. P.* In Gallia quoq; docuimus ex conſt. Regiis, ab arbitro prouocari aliquando poſſe, ſed prouocationem non audiri, niſi perfecte antea exſecutioni demandata fuerit ſentẽtia eius, & pœna ſoluta adiecta compromiſſo ſine ſpe repetendi. Non prouocatur etiam a condemnatione perſonarum, quas puniri ſtatim Reipubl. intereſt, vt ſunt inſignes latrones, ſeditionum concitatores, duces factionum, *l. conſtitutiones, 16. de appel. P. l. 2. C. eo.* Et in Gallia id ſeruatur, ne a latrunculatore appellatio permittatur. Robertus Maranta docebit reliquos caſus, in quibus nõ appellatur, qui in Speculo ſuo parte 6. tit. de appel. a nu. 267. vſque ad 357. colligit quadraginta ſex caſus per limitationes. Forma appellandi duplex eſt, eius quæ voce fit, & quæ in ſcriptis.

25 ¶†In ea quæ voce fit, ſatis eſt, ſi dicat quis ſimpliciter, appello, & apud acta appellauerit, *l. 2. l. a ſententia, 5. §. fi. de appel. P. l. litigatorib. 14. C. eo. tit. & ibi gl.* Hoc dicunt appellare illico, iudice ſedente, & pronuntiatione facta. Nam ſequente die oportet in ſcriptis appellare. Eius autem appellationis, quæ ſcripto fit, forma eſt, vt libellus habeat ſcriptum, a quo datus ſit qui appellat, aduerſus quem, & a qua ſententia, *l. 1. § fin. de appellat. P. explicat. l. 3. eo. P. c. cordi, eod.*

26 ¶†Debet tamen ab actuario iudicis deſcribi vtraque appellatio, *in c. quoniam contra, de probat.* ne appellanti variare liceat, *arg. c. ſaluberrimum, 1. q. 7.* & ſciatur, num intra terminum a iure vel a iudice conceſſum, prouocatio interpoſita fuerit: aut num eãdem ſit proſecutus appellans tempore ſuo. Nam ſi hæc ſuo tempore non fiant, ſententia firmatur, *c. perſonis, 4. de appel.*

27 ¶†Appellari olim neceſſarium erat intra biduum, in propria forma: in aliena vero, intra triduum, computandum a tempore ſententiæ latæ, *l. 1. § biduum, & §. in propria, quan. appella. ſit, P. l. eos qui, § ſin autem, de appel. C. Nouella conſt. Iuſtin. 23. §. & ſancimus omnes l. qui ſuſpectum, 20. de appel. P.* ſi in præſentem pronũtiatum: nam ſi in abſentem, computabatur a tempore ſcientiæ, *l. 1. & fin. quan. appel. ſit.* Propriam rem dicimus, ex qua commodum aut incommodum ad nos pertinet: alienam, quando ad alium, *d. l. 1. §. in propria, & l. 2. quando appel. ſit. P.* Ita procurator, niſi in rem ſuam datus ſit, alienam litem fouet, *d. l. 1. §. in propria, & l. 2. & l. qui ſuſpectum, §. fin. de appell.* Hodie vero ex iure Nouellarum, cuilibet tribuitur ſpatium appellandi decem dierum, a ſententiæ prolatione & ſcientia numerandum, *Auth. hodie, eo. C. §. 1. eo. de appel. in Auth. conſt. Nouel. 23.* Ex generali tamen conſuetudine Galliarum, poſt ſententiam aut interlocutionem prolatam, ſtatim appellandum eſt: alioquin nunquam admittitur appellatio poſtea, ex conſt. Carol. 7. art. 18. Quare Princeps in ſua cancellaria, adiri debet, & gratiam & reſtitutionem nominatim ea de re facere, per clauſulam quam vocant, *de relief de n'auoir appelle illico.*

¶†Ex his etiam alia prouocationis obſeruantur tempora petendorum apoſtolorum, incoandę proſecutionis appellationis, vel exſequendæ incoatam. Apoſtoli dicuntur libelli dimiſſorii, id enim verbo ἀποστέλλω, vnde & ἀπόστολος ſignificatur. Per eos enim teſtatur iudex a quo prouocatũ eſt, talem a ſententia tali appellaſſe, *l. dimiſſoriæ, 106 de ver. ſig. l. 1. de libel. dimiſ. P. c. vt ſuper, 4. de appel. in 6.* Debet autem hos, quos apud iudicem, ad quẽ prouocat, edere debet, petere appellans, ſæpe & ſæpius ab eo iudice, a quo prouocat, & ſi non accipiat, idipſum conteſtari, *d. l. vn. de libel. dimiſſ.* Sufficit autem, quod vnico actu ſæpius petantur in vno & eodem libello, *Clem. quamuis, de appel. C. ea. vt ſuper, & c. ab eo, eo. ap. Greg.* idque intra triginta dies, intra quos iudex tenetur illi dare: & ſtatim prolata ſententia, omiſſa cautione, quæ olim petebatur ab appellantibus, de proſequenda appellatione, *l. eos, 6. §. apoſtolos, & l. iudicibus, 24. de appel. C. Innocen. in c. 1. eo.* Et niſi in hoc tempore petantur, videtur renuntiatum appellationi, *d. Clemen. quamuis, de appel. & c. ab eo, eod.* 28

¶†Quod autem pertinet ad tempus, nihil intereſt inter apoſtolorum diuerſitatem, qui ex cauſa & parte iudicis concedentis, quatuor accipiũt appellationes, & vnã ex conuentione litigantium, *de ſpeciebus apoſtolorum, tit. de appell. § ſequitur, verſ. apoſtoli, Alex. in c. vt debitus, de appel.* Ita apoſtoli, quando admittit appellationem iudex, dicuntur admiſſorii, *l. vn. de libel. dimiſ. P. & l. dimiſſoriæ, de verb. ſignif.* ſi ob reuerentiam ſuperioris maxime fiant reuerentiales, *l. eos, §. ſuperbus, de appell. C.* qui aliquando dantur in forma, de qua Rotæ *deciſ. 644. in antiq. dic.* quod de appellationibus & apoſtolis, *Caſſad. deciſ. 7. nu. 5.* Quod ſi iudex friuolam arbitretur appellationem, nec deferendum ei putet, dicuntur refutatorii: quia nec iudex debet ei appellationi deferre, quã reiicit lex, *c. cum appellationibus, de appel. in 6. vide Rotam dec. 723. in antiq. de refutatoris, in l. quoniam nonnulli, 18. C. de appel.* Si quando vero iudice abſente, coram notario vel alia egregia perſona appelletur, literæ illius appellationis teſtimoniales apoſtoli dicuntur, *Caſſad. dec. 8. nu. 7.* Interdum etiam aduerſarius ſeu appellatus conſentit appellationi, & ex eius conſenſu appellatio defertur ad ſuperiorẽ, conſentiente vel reiiciente iudice, nihil enim refert: & tunc conuentionales apoſtoli dicuntur, per quos non tam per appellationem, quam ius deuolutũ negotium tractatur apud ſuperiorem, *c. 1. de for. comp. in 6. Rota dec. 539. incip. A grauamine, de app. in antiq.* 29

¶†In Gallia videntur eſſe iſtæ apoſtolorum petitiones inutiles, 30 cum deuoluãtur verbo appellatione facta, ſtatim ad ſuperiorem appellationes, ſi fiant intra triginta dies, *vide Guid. Pap. dec. 30.* Et tantum ſemel coram iudice a quo: comparere debere appellantem, deciſum habes apud Guid. Pap. *q. 25.* Statuit *Henr. 2. conſt. public. an. 1551. Pariſ. 6. April. Sur l'ampliation de l'edict de la creation, &c. des ſieges preſidiaux.* appellationem in caſu edicti præſidialium releuari debere intra ſex hebdomadas a tempore interpoſitæ appellationis: interponi vero intra octo dies, poſt ſignificationem legitimam ſententiæ, quod tempus fatale conſtituitur appellandi, ſtatuendo releuationem appellationis fieri debere apud actuarium appellationum curiæ præſidialis: & anticipationes quoq; appellatorum. Alibi releuatio appellationis debet fieri intra tres menſes, poſt quos appellatio deſerta dicitur, & iudici licitum eſt mandare ſententiam exſecutioni, ex conſtitut. Caroli 8. artl. 59. Quod ſi poſt trimeſtre tempus, quis iuſtam cauſſam impedimenti prætendat, propter quam non potuit literas ſeu codicillos appellationis intra illud tempus, poſt interiectam appellationem, obtinere vel leuare, recurret ad officinam æquitatis ſeu cancella-

riam,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſtiam, per cuius codicilles ſeu literas appellationis, reſtituetur in
integrum, *iuxta l præſes prouinciæ, 5. C. de appel.* nihilominus tamen
remanente ſententiæ exſecutione, ex conſtitutione eiuſdem Ca-
roli 8. art. 60. Voluit & Franc. 1. in conſt. anni 1539 art. 117. non te-
neri appellãtes petere apoſtolos, etiam in patria iuris ſcripti. Po-
teſt & proponi vis pro iuſto impedimento, quod prohibuit ap-
pellare, *l. 2. de iis qui propter met. iudic. non appel. lib. 7. C. titul 67.* Et
quamuis prorogatio interdũ termini a iudice fieri poſſit, tamen
deſerta ſemel & peremta appellatione, ſolius Principis eſt ſpiri-
tum vitæ ei reddere. Paris de Puteo *in tract. de ſyndic. in verb. ſen-
tentia, §. reſtat vnum aliud, Boerius deciſ. 248. & ad § 23. tit. des cou-
ſtumes, in conſuet. Bitur. Guido Pap. conſ. 38.*

¶ † Poſt interpoſitam & releuatam, vt dicunt, appellationem,
31 ea eſt proſequenda intra tempus etiam conſtitutum a lege vel iu-
dice: alioquin fit deſerta appellatio, *l. negotiorum, 24. § fin. de appel.
P.* A lege, in quibuſdam negotiis dantur duo menſes, vt ſi a nomi-
natione ad munera appelletur, *vt in l. 1. C. de temp. appel.* in quibuſ-
dam plures, habita ratione iudicum, *l. 2. C. eod.* vel locorum, *l. cum
antiquiorib. 5. eod.* in aliis datur annus, & ex cauſſa biennium, non
amplius, *l. 2. & Auth. ei qui appel. C. de tem. appel. c. cum ſit Romana,
de appel.* quæ tempora ſunt fatalia, id eſt, fatum ſeu interitum in-
ferunt appellationibus, vt negotium ſit in eo ſtatu in quo eſſet, ſi
nulla prouocatio interueniſſet: niſi forſan ſteterit per iudicem ad
quem prouocatum eſt, quominus decidatur: quia tunc non la-
buntur tempora fatalia *Auth. ſi appellationẽ ſecuta C. eo §. hoc quo-
que, vt ſpon. larg. in auth.* vel ſi aliud legitimum impediat, *c. ex ra-
tione, §. de appellat.* vt ſi de cauſſa appellationis compromiſſum ſit,
*Auth. ſi tamen de tem. appel. in Auth. l. contra maiores, de inoff. teſta.
C.* (ſi tamen in amicabiles compoſitores ſine compromiſſo rela-
tio facta erit, current tempora) *Anch. conſ. 284. Mallius, in rep. in
ver. appellatio, & ver. terminus proſequendi.* vel ſi appellans ſit in-
firmus, aliudve impedimẽtum contigerit, de quo per teſtes fides
fiat: vel ſi teſtes non habeat, iuramento præſtito, *Rota tit. de appel.
deciſ. 25. alias 155. incip. Si certus terminus, in fi. vltima addit.* Permit-
tit & lex iudici præfigere diem fatalem appellãti, intra quam pro-
ſequatur tantum, non autem vt finiat apud ſuperiorem, appella-
tionem, *c. ex inſinuatione, & c. ad hæc, in 4. de appel. & c. c. cum cauſ-
ſa, de re iud. cum ibi nota.* Et ita ſeruari in curia Romana tradit Ro-
ta *deciſ. 485. in not. fin. Pap. de appel. Weſtrius lib. 7. introduct. in aulæ
Rom. act. c. fi.* & Caſſad. *deciſ. 4. tit. de appel.* Veruntamen hoc expli-
cat Octouianus Weſtrius, obtinere ita demum, ſi iudex deferat
appellationi, & eodem cõtextu terminum præfigat, & ſi tempus
ſufficiens & idoneum præfixum ſit: quod ex deciſionibus Rotæ
firmat, lib. 7. introduct. in aulæ Roma. actio. c. fi. Tractantur hæc
in c. cum ſit Romana, & c. ſæpe, & ibi per interp. de appellat. & in
l. præſes, §. 1. & ibi gl. & Bart. C. de appellat. vbi tamen Barto. com-
muni reluctatur ſententiæ, vide eundem in l. 1. de libell. dimiſſ. P.
Butrigarium, in c. ex inſinuatione, de appellat. Panorm. & Præpo.
in c. perſonas, eod. tit. Intelligunt autem Bald. ad dict. l. præſes, &
Butriga. in d. c. ex inſinuatione, deſertam eſſe appellationem poſt
diem conſtitutam a iudice a quo, ſi ei fides nõ fiat, quod ſe appel-
lans præſentauerit pro proſequenda appellatione apud iudicem
ſuperiorem, quod pertinet ad effectum faciendæ exſecutionis
ſententiæ: non tamen, vt ideo de ipſa appellatione cognoſci non
poſſit, neutra tamen de cauſſa, tempora a lege fatalia præſcripta
ad proſequendam appellationem, poterunt per factum & con-
ſenſum litigantium ad longiora tempora prorogari, *gl. in l prope-
randum, circa princ. de iudic. C. Bar. in Auth. ſi tamen, C. de temp. ap-
pel.* licet poſſint per eorum pactũ expreſſum, vel compromiſſum
ſuſpendi, *Philip. Franc. in ca. ex ratione, colum. 14. & 12. de appella-
tionibus.*

32 ¶ † Et ita tria tempora iam probauimus, fatalia, appellandi, in-
troducendi appellationem, & proſequẽdi, quæ alio tempori iun-
guntur finiẽdæ appellationis. Nam ſi introducta & cœpta appel-
lationis proſecutione, abſit prouocans, vel diffugiat, iudiciũ pro-
nuntiatur contra eum, iuxta l. fin. §. illud de tempor. appellat. & l.
properandum, de iudic. C. & contumacia probata iudicatur. Et ſi
prouocatione cœpta moriatur prouocans, in cauſſis quę non ex-
ſtinguuntur morte rei, heres eius tenetur vel proſequi, vel ſtare
ſententiæ, *l. 1. ſi pend. appel. mors interue. lib. 7. C. tit. 66. l. vn. eo. tit. P.*
Conceſſo tamen ei longiore tempore, iuxta l. fi. ſi pend. appellat.
mors interuen. C.

33 ¶ † Accedit & formæ ſubſtantiali, vt appellatio fiat ad ſuperio-
rem iudicem eumq; proximum, nõ ad maiorem, vel omiſſo me-
dio ad inferiorem, vel ad parem, alioquin non valet appellatio, &
fit remiſſio cum damno expenſarum temere appellantis, ad pro-
ximum ſuperiorem, *l. 1. §. fi. & l. præcipimus, & l. Imperatores, de ap-
pel. P. l. addictos, C. eo. c. metropolitanum, 2. q. 6. §. fin. de appel. in Auth.
in Gall. a conſt. regiis, §. 1. de friuol. appel. in concor.*

¶ † Verum hic obſeruatum velim, proximum ſuperiorem dici, 34
interdum maiorem omiſſo medio alio iudice, quando vel ratio-
ne negotii, vel priuilegii perſonæ, prouocandum eſt ad maiorem
omiſſo medio. Hicque arbitror leges conſiderandas cuiuſque re-
gni, & conſuetudines probatas, & gradus iuriſdictionis. Sicque
conſtitutionib. regiis Galliæ cautum eſt, *l. in conſt. Fran. 1. Sur la de-
claration de l' article 163. de l' ordonnance de l' ann. 1539. Et alia, des
Iuges preſidiaux. 1537. art. 22. vide de aliis iudicibus, qui immediate
ad curiam ſupremam reſortiuntur item conſt. Car. 7. art. 15.* appella-
tiones criminalium negotiorũ, ad curias ſupremas faciendas im-
mediate a iudicibus inferioribus, & eorum ſententiis, in quibus
iudicatum ſit, de quæſtione ſeu tortura, de afflictione corporis
ſeu pœna corporali, fuſtigatione, mutilatione membrorũ, morte
ciuili, relegatione perpetua ſeu bannitione, addictione ad onera
publica, mulcta ſeu emenda honoraria erga iuſtitiam, & a dene-
gatione iuris: in aliis, non conceſſa venia omittẽdi medium iudi-
cem. ¶ † Sed & placuit diſtingui iuriſdictiones ex natura negotio- 35
rum, vt ſi agatur de prouocatione a licitationibus vel ſubhaſta-
tionibus ęrariorum fiſco, ea fiat ad curiam oblationalem Lutetia-
nam, quam vocant *Cour des aides, in conſtit. Henr. 2. ſur les finances,
an.* 1557 22. *menſ. Decemb. artic. 53.* Ad quam etiam deuolui voluit
Princeps appellationes ex cauſſa Salis, vel ad curiam Parlamen-
torum Burdegaliæ, Delphinatus, Prouinciæ, Conſilii Britanniæ,
*ord. Fran. 1 ſur le faict de la gabelle, art. 32. 36.* Litium quoque de le-
proſariis prouocatio, immediate ad Parlamentum fit, *in conſtitu.
Franciſ. 1. an. 1543.* Prouocatio ſatellitis nemorum, quem vocant,
*Sergent ou verdier,* fit ad magiſtros proprios aquarum aut nemo-
rum, *Franc. 1. conſt. ſur les eaues & foreſts, art. 86.* Et ſi prouocetur a
magiſtris aquarum aut nemorum, ad menſam marmoream Lu-
tetianam defertur, vt vltimo iudicio ibi decidatur, *d. conſtitut.
Franc. 1. anni 1535.* Qui prouocant a conſeruatoribus priuilegio-
rum Regiorum, a Præfectis Caſtellanis, & ab aliis areſtorum ex-
ſecutoribus, appellant ad curiam eius Parlamenti, *conſt. Franc. 1.
des iuges preſidiaux, & autres artic. 20.* Sic monetales iudices infe-
riores, ad ſuperiores generales monetales, ex conſtitutione Fran-
ciſci 1. *Sur le faict de monnoyes,* anni 1540. Sunt & alii caſus, in qui-
bus omiſſo medio appellatio fit ad maiorem: de quibus vide Ho-
ſtienſem in ſumma tit. de appellation. §. a quo gloſſ. Felinum, & a-
lios, in cap. ſuper quæſtionum, §. porro de offic. deleg. Philippum
Francum, in ca. Romana, §. ab archidiaconis, eodem tit. in 6. Iaſo-
nem in l. qui Romæ, § Seia, de verborum obligation. Socinum in
tract. Fallentiarum, reg. 23. Rebuffum ad cõſtitutiones regias, tit.
*Des ſentences exſecutoires.* Et poterat olim omiſſo medio ad ſum-
mum Pontificem appellari, *c. ad Romanam, c. quoties, 2. quæſt. 5. c. ſi
duobus, de appel. gl. & interp. in c. ſi duobus, eod. titu. in 6.* Et hodie et-
iam permiſſum eſt Scholaſticis vere ſtudentibus, omiſſo medio
prouocare, vel ad Regem, ſeu Imperatorem, ſeu ad curias eorum
ſupremas, *Bald. Bart. Salyc. ad Authen. habitas, ne fil. pro pat. deciſ.
Capell. Tholoſ. 169. Boer. ad §. 1. de iuriſd. omnium iudic. in conſuetud.
Biturig. Felin. in c. ſuper quæſtionum, §. porro, de offic. delega.* Similes
plures caſus ſunt, qui tamen priuilegiati & præter communem
iuris regulam, qua prouocatio vt excutiatur diligentius ad exa-
men iudicum proximorum, & poſtea maiorem reiicitur. Fit ta-
men a delegato ad delegantem, vel eius ſucceſſorem, ordinario
iure appellatio, *l. 1. 2. & 3. quis & a quo appel. P. l. præcipimus, §. fi. &
l. fi. de appellat. § illo, in fi. de iud. in Authen. l. Imperatoris, de appel. P.*
Cum appellatio interpoſita erat per Bythiniam, Paphlagoniam,
Lydiam, Helleſpontum, Inſulas etiam, ac Phrygiam ſalutarem,
Europam, ac Rhodopen, & Hemum montem, ad Pręfectum vr-
bis Conſtantinopolitanæ pertinebat iudicium, *l. cum appellatio,
23. de appell.* vt & appellatio a Prætoribus, *l. ſi apud vtrumque, 17. C.
eod.* Quo tempore ſub Domitiano dari cœperunt iudices a Sena-
tu, ab eis ſi quid peccaſſent, ad eum prouocatio erat, *Sueto. in Do-
mit.* vt a datis a Conſulibus, ad Conſules, *l. 1. § 1. de appel.* & a Magi-
ſtratibus, in cauſſis ciuium Romanorum, ad populum, *Liuius in
1. dum de Horat. agit.* ab Epiſcopo vel eius Officiali, ad Archiepi-
ſcopum: non ab Officiali ad Epiſcopum, quia vnum eorum eſt
conſiſtorium, *ca. legitima, de appellation.* ¶ † Non appellatur regu- 36
lariter a iudice laico, ad eccleſiaſticum: nec contra, ab eccleſiaſti-
co ad laicum, vt notat & pluribus probat Maſuerius, tit. de appel-
lation. Ioan. Gallus in areſt. curiæ Parlamen. areſt. 175. Receptum

tamen eſt in Gallia, ab Eccleſiaſticis poſſe prouocari ad curias ſu-
premas Parlamentorum, tanquam ab abuſu: quando derogant
conſtitutionibus Regiis, Concordatis, & Pragmaticæ ſanctioni,
aut decretis Sãctorum Patrum, aut aduerſus laicorum priuilegia
37 quippiam ſtatuunt. ¶†Et hoc iure vtimur. In Gallia etiam & iure,
pro forma appellationum datum, vt in codicillis appellationis
exprimatur grauamen, vel grauamina, ob quæ appellatur a ſen-
tentia interlocutoria: extra quæ non audiatur coram iudice, ad
quem appellat, Maſuer. in tit. de appel. §. 11. item appellans, in praxi.
Bar. in l. eius qui, de appel. rec Pan. & Lupus in c. Romana, § fin aũt,
de appel. gl. & Lanfran. in c. quoniam cõtra. ad verb. interlocutiones,
nu. 118. de prob. facit tex. Cle. appellanti, de appel. Quo fit etiam, vt in
cauſſa appellationis huius iudicetur, an bene vel male appellatũ
ſit ex iiſdem actis, coram iudice a quo factis, nec admittantur no-
uæ allegationes vel productiones, d. Cle. appellanti. In appellatio-
ne autem definitiua, ſufficit dicere appello a definitiua, nullo ex-
preſſo grauamine: ideo in cauſſa hac appellationis, nouæ allega-
tiones & probationes adferri poſſunt, in l. per hanc, de tem. appell.
38 ¶†Subinde appellatio debet fieri modeſte, neque appellans de-
bet iudici qui iudicauit conuiciari: alioquin poteſt ab eo plecti,
l. illud ſciendum eſt, 8. de appel. P. l. & in maioribus, C. eo. neq; etiam
conuitiari debet iudex appellanti, iuxta l. iudici, de iniur. P.
39 ¶†Adiiciunt & in codicillis appellationum, quis appellet, vt ſci-
atur quis iuſte appellauerit. Siquidem non omnes poſſunt pro-
uocare, ſed tantum illi quorum intereſt, l. ab exſecutore, 4. §. alio
condemnato, de appel. P. Neque etiam a ſententia inter alios dicta,
niſi ex magna cauſſa, appellare licet, videlicet ſi ſua interſit, l. 2. §. ſi
alius, de appel. recip. vel non, P. l. a ſententia, 5. de app. P. Appellat qui-
libet pro reo morte damnato, etiam eo inuito, l. non tantum, 6. eo.
40 l. addictos, C. de epiſ. aud. l. addictos, C. de app. ¶†Si plures ſeparatim
fuerint condemnati, quamuis ex eadem cauſſa, eis pluribus ap-
pellationibus opus eſt, facit & l. 1. de diuer. reſcrip. C. l. 1. C. ſi in com.
ead. cau. Neque vnius appellatio, vel ex appellatione ſententia, a-
liis proficit non appellantibus, niſi per omnia eadem cauſſa ſit, &
eadem, communiſque ſit defenſio, vt diſputat Vlp. in l. ſi qui ſepa-
ratim, leg. 10. cum ſuis §§. de appel. P. Et Alexander Imp. in l. 1. & 2. ſi
vnus ex pluribus appel. li. 7. C. tit. 68. maxime ſi cauſſa ſit indiuidua,
vt proſit: ſi diuidua, minime, d. l. 2. ſi vnus ex plur. appell. l. ſi commu-
41 nem, quemad. ſerui. amit. l. qui alienam, de negot. geſt. P. ¶†Prouocat
dominus pro ſeruo, l. ſerui, 15. & l. Lucius Titius, 18. de appel. P. pro
domino, negotiorum geſtor, l. negotiorum geſtor, 24. eod. P. ſeruus
non pro ſe, d. l. ſerui, ſed pro domino, l. ſi. eo. Admittitur & appella-
tio facta ab vno ex vniuerſitate pro ſe & ſuis adhærẽtibus, vel ad-
hærere volentibus, quos tamen oportet: vt quidam ſentiunt, ad-
hæſiſſe in adiornamento ſeu vocatione ad cauſſam appellationis,
& per apparitorem nominari, Maſuer. §. item & admittitur appel-
latio, §. 10. de appel. vide Bar. in l. ſcio quæſitum, §. ſed & adhuc, de ap-
pel. P. cõmunior tamen eſt ſententia, vt ſufficiat adhærere coram
iudice, ad quem prouocatum eſt, vt adhæſio habeat vim ratihabi-
tionis, gl. in c. vt circa, de election. in 6. ad ver. adhærentes, c. 1. eo. tit. c.
concertationi, de appel. gl. in Cle. conſtitutionem, §. pene, in ver. nec ap-
pellationem, de elect. plene Bar. in l. non ſolet, de appell. recip. Appellat
filius pro patre, dominus pro homine ſuo etiam ſine mandato: vt
& Epiſcopus ſine mandato ſpeciali pro ciuitate ſua, & pro ſubdi-
tis, vt docet Guido Pap. deciſ. 203. c. dilecto, de appel.
42 ¶†Receptum hic eſt, appellanti a Senatcho vel aliis curiis pa-
ris gradus Regiæ auctoritatis licere renuntiare appellationi in-
tra octo dies, ſoluendo quinque ſolidos pro regiſtro. In aliis au-
tem iuriſdictionalium dominorum curiis, emẽda ſeu mulcta de-
betur a renuntiante, niſi interiecta appellatione illico, aut ſeden-
te pro tribunali adhuc iudice, reuocauerit appellationem, vt de
his eſt teſtis Maſuer. c. de appel. §. 44. item quod ille, &c. Et in §. ſeq.
ait, intimatum ſeu appellatum, dum appellatio ei ſignificatur,
poſſe renuntiare liti & cauſſæ appellationis ſine expenſis, ſi dixe-
rit coram apparitore, qui ei ſignificat appellationem, quod non
velit defendere, vt ipſe loquitur, ſententiam, vel id de quo appel-
latum, quod apparitor tenetur præſcribere.
43 ¶†Appellationis finalis cauſſa eſt, iniquitatem vel ignoran-
tiam iudicantium corrigere, l. 1. de appel. pœ. P. Proinde donec co-
gnitum de eo fuerit, regulariter ſuſpenditur iudicatum, l. furti, 6.
de iis qui notant. infam. P. l. 1. § fin. ad Senat. Turpil. P. l. 2. & fin. de P.
maxime ſi exſecutio nõ poſſit reparari per appellationis iudicem,
& factum ſit irreuocabile. Nihilque innouandum eſt appellatio-
ne pendente, in præiudicium appellationis: nec a litigantibus,
neque a iudice a quo appellatur: ſiue ea recepta ſit, ſiue non rece-
pta, l. vni. nihil nouari appel. inter. lib. 49. P. tit. 7. c. non ſolum, de ap-
pel. in 6. tot. tit. vt lit. pend. nihil inno. in 6. & apud Greg. l. 3. & l. ſi quis
prouocatione, de appell. C. Statim enim vbi interpoſita eſt appella-
tio, iudicis inferioris ceſſat poteſtas, & manus (vt dicunt) ligantur
eius, ne in eo negotio quicquam agere poſſit, c. veniens, de iureiu.
l. vn. C. de in integ. reſtit. poſt. Et quieſcit officium iudicis, vt in l. ſiue
per ſe, de dilat. C. propter debitum honorem ſuperioribus & ma-
ioribus iudiciis, c. vt debitus honor, de appel. Atque iudex, ad quem
prouocatum eſt, lædi inde videretur, c. 1. de appel. in 6. Et quia iu-
dex poſteaquam ſententiam dixit, iudex eſſe deſinit, in definitiua,
l. iudex poſteaquam, de iud. P. exceptis his, quæ innouant cauſſam
& ſine præiudicio appellationis fiunt, in quibus non ſuſpenditur
iuriſdictio iudicis a quo, c. cum teneamur, & ibi Panor. Phil. Franc.
& Decius de appel. c. ex literis, & ibi Panorm. nu. 4. de matr. contract.
cont. interd. eccleſ. & in c. cum teneamur, in 1. notab. de appel. Fel. conſ.
13. num. 3. Veluti, ſi pendente appellatione, & nondum conteſta-
ta, debitor prehendatur qui appellauit ſuſpectus de fuga. Si ma-
rito interdicatur, qui in quaſi poſſeſſione vxoris erat, ne penden-
te appellatione, vxori ſe immiſceat, ca. laudabilem, vt lit. pend. Ro-
man. ſing. 411. Si pendente ea prouideatur, ne poſſeſſor in ſua poſ-
ſeſſione turbetur, nam ex eo nihil innouatur conſeruando poſ-
ſeſſionem, vt ait Staphilæus tractat. de gratiis exſpectatiuis, §. citatio
perſonalis, nu. 15. & 16. Socin. conſ. 45. col. 3. in fine lib. 1. Item ſi termi-
num appellanti ad proſequendam appellationem ſtatuat, ca. cum
ſit Roman. & c. perſonas, de appellat. vel ſi dum timetur de dilapida-
tione bonorum, interim ſequeſtrum conſtituat, vt ait Specula. in
tit. de appell. §. nouiſſime.
¶†Sunt & caſus, in quibus non obſtante appellatione ſenten- 44
tia iudicis a quo appellatur demandari poteſt exſecutioni, ſine
præiudicio tamen appellationis, id eſt, vt ideo præiudicium non
fiat appellationi, quin exſecutio poſſit retractari, ſi ita dictum ſit,
& quando exſecutio reparabilis eſt, nõ aliter. Vt ecce in momen-
taneæ poſſeſſionis ſententia, vindiciis datis fit exſecutio, in l. 1. ſi
de momen. poſſeſſ. fuer. appel. lib. 7. C. tit. 69. l. quiſquis, C. quor. appel.
non recip. Item in ſententia arbitri tam ex conſtitut. regiis quam
iure ciuili, in l. 1. C. de arbit. Item in ſententia excommunicationis
iam latæ, c. paſtoralis, §. verum, & ibi Panorm. & Philip. Fran. de ap-
pel. ſecus ſi a futura cenſura appelletur, Felin. in ca. cum non ab ho-
mine, de iud. Cogitur & hodie tamen per commiſſarium deputa-
tum a curia ſuprema, coram qua pendet appellatio, aduerſarius
conſentire abſolutioni ad cautelam: iniungiturque Epiſcopo vel
eius officiali, vt excommunicatum abſoluat. Rurſum in ſumma
dicunt, in omnibus caſibus, in quibus ius friuolam dicit appella-
tionem, non obſtante ea poſſe iudicem exſequi & procedere, ca.
cum appellatio, de appel. tit. 6. Soc. conſ. 76. 1. vol. vel ſi a iure prohibi-
ta ſit appellatio, Innoc. in c. paſtoralis, de off. deleg. glo. in c. non ſolum,
in ver. caſibus, de appel. in 6.
¶†Sed hæc vera abſolute eſſe poſſunt antequam per iudicem 45
ſuperiorem, vel per literas cancellariæ, inhibitiones factæ ſint iu-
dici & parti: nam poſtea certe, omnino quieſcendum eſt iudici &
parti. Et facta poſt inhibitiones non aliter, reuocantur per viam
attentati coram iudice ad quem appellatum eſt, vt aiunt Buttiga-
rius atque Imola, & Philippus Francus in cap. fin. de appellation.
vide tamen limitationes Phil. Franci, in c. bonæ, in 9. conclu. col.
15. eod. tit. Addit plura, & quod cum multa reuocentur attentata
Rota in 1. deciſ.
¶†Duplici autem via reuocari vel reparari attentata, per offi- 46
cii iudicis implorationem: & acceſſorie appellationem proſe-
quendo, docet Cardinalis in cap. dilecti, 5. de appellationib. De
Afflictis, deciſ. 351. Quando autem petimus attentata reuocari
principaliter per officium iudicis ſuſpenditur cognitio principa-
lis negotii, donec reuocentur, ca. non ſolum, & ibi interpret. de ap-
pellat. in 6. etiamſi cœptum ſit in cauſſa principali appellationis
iudicium, quod non prohibet ad hoc officium redire, vt ait Rota
deciſio. 185. in not. ſi pars mea, de appellationib. Vide late Octa-
uian. Weſtrium, lib. 8. introduct. in aulæ Romanæ actionem, cap.
4. numero decimoquarto, decimoquinto, & decimoſexto. Vide
quando attentata non poſſunt officio iudicis reuocari, niſi cum
ſententia principalis negotii.
¶†In Gallia plura exſecutioni demandantur, quamuis appel- 47
letur ab illis, vt vadimonia, citationes, prehenſiones decretæ, in
conſtitut. Henric. 2. ſur la iuſtice criminelle, artic. 10. public. 4. Aug.
1550. Item non obſtante prouocatione a ſentẽtia interlocutoria,
quę reparari poteſt in definitiua, non impeditur iudex a quo pro-
uocatur, quominus in principali cognoſcat, neque ſuum debet
offi-

officium & notionem ſuſpendere propter inhibitiones in vim literarum cancellariæ factas, aut per literas ne lite pendente: niſi litigantibus auditis, iudex ad quē, ita ſtatuerit, *conſt. Franc.1. ſur l'abbreuiation des proces, art.4. & alia conſtit. ſur la reformation de la iuſtice de Normandie, ar.3.* Sic etiam prouocatio a taxatione ſportularum ſeu relationis iudicialis, quod vocant, *les eſpices du rapport du proces*, nō impedit quominus taxatio exigatur, data tamen licentia repetendi appellanti, ſi ita pronuntiatum fuerit, quod præter rationem taxatum eſſe dicetur, *in conſt. Lu.12. an.1512. art.* 44. Prouocatio tamen a taxatione exceſſiua expenſarum, inhibet petitionem in omnibus articulis, a quibus prouocatum: pro his tamen, a quorum taxatione prouocatum non eſt, fit exſecutio, *conſt. Car.8. art.65.* Sic dices de ſimilibus, quæ vſus docebit: ad quæ inhibitiones factæ iudici a quo prouocatur, non trahuntur. 48 ¶† Inhibitiones vocant, quando regia auctoritate per codicillos cancellariæ, vel per literas compulſorias iudicis ad quem prouocatum eſt, mandatur iudici a quo appellatum eſt, ſignificante apparitore, vt acta ad iudicem ad quem tranſmittat, & prohibetur ne in eadem cauſſa poſtquā quippiam amoliatur, *l.1. nihil noua. appel. pend. l.2. de re iud. C. l.1. C. de erro. calc.* Si quid autem maxime poſt interlocutoriam appellationem attentatum ſit, reparatur in ſententia appellationis & reſcinditur, *c. ſignificantibus, 49. de appel. d.c. non ſolum, eo. in 6.* 49 ¶ † Quemadmodum etiam per ſententiam appellationis & iudex qui male iudicauit, aut qui temere appellarit, plecti & mulctari ſolēt: primum, quod pertinet ad iudicem, ſi dicatur bene appellatum ab interlocutoria notione cauſſæ iudex a quo appellatur, priuatur, & remanet cauſſa apud iudicem appellationis, *c. vt debitus honor, & c. ex inſinuatione, de appel. l. eius qui circa fin. eo. P.* vel ad aliud tribunal reiicitur. Tenetur & iudex, eius apparitores & adminiſtri, & attentatis, *l. quoniam iudices, de appel. C.* Quid autem, ſi attentauerit in facto irreuocabili, faciēdum ſit, vltra mulctam quæ ei indicitur, docet Maſuerius, tit. de appell. §. fin. l. quoniam, de appell. C. l. fi. l. ad leg. Iul. de vi pub. c. non ita, c. anteriorum, 2. q.6. Puniuntur & pro modo admiſſi male iudicantes iudices, ex arbitrio ſuperioris iudicis, vel ex legum determinatione: variis enim modis peccare poteſt iudex, vel grauius vel leuius, *c. quatuor modis, 11. q.3.* Quomodo vero puniatur, qui pecunia & per ſordes male iudicat, diximus in crimine legis Iuliæ repetundarum. Corrupti quoq; iudicis pœnas exemplares poteris videre apud Herodotum in lib.5. Valerium Maximum, lib.6. cap.3. Ammianum Marcellinum, lib.23. vbi Cambyſes Rex Siſamis iniqui & corrupti iudicis pellem detractam iuſſit ſellæ iudiciariæ intēdi, & ibi Otauem eius filium conſidere: atroci ac noua pœna, ne quis corrumpi iudex poſſet, prouidens. Diſtinctiones pœnarum iudicis male iudicantis, per dolum, per imperitiam, per ſordes, vide in Auth. hodie, & toto tit. de pœn. iud. qui male iudic. & l. ſi filiusfamilias, de iudic. P. & vltra has pœnas, Leo & Alexander Imperatores Orientis, in diotaxi περὶ δικαστῶν, lib.1. Iuris Orientalis, imprecantur diras exſecrationes iudicibus, qui cōtra leges iudicarint, alias, vt inueniant Deum ac cœleſtes omnes, atque incorporeas poteſtates ſibi nunquam aduerſantes, immature ex hac vita excidant potius quam excedant: incommodis afficiantur perpetuis, ædium ipſorum fundamenta ignis tandem deuoret: & poſteritas eo redigatur inopiæ, vt panem oſtiatim quæritet, quod leges quas liberrimas oportet eſſe, ſeruas quodāmodo ac captiuas effecerint. Exſecrabile enim eſt, eos quibus gladius a Principe committitur, & poteſtas in bona & corpora ſubditorum, pro libidine in perniciem Reipublicæ abuti.

50 ¶† Quo fit, vt etiam ſanctiſſime a Principibus noſtris Gallicis cautū ſit, vt ipſi Magiſtratus, puta Senatores, a quibus nulla prouocatio eſt, cenſura notentur, decuriis Senatus in vnum coactis: Pariſiis quidem, per ſingulos quindecim dies in aliis parlamentis per ſingulos menſes ſemel, eaſq; cenſuras mitti ad Principem, qui eorum delicta caſtiget, quos vocant, *Mercurialles*, quod in die Mercurii iubeantur fieri, *ita ſtatuit Franc.1. an.1539 artic.130. vide in eum Ioan. Conſtantinum, Ludouic.12. conſtit. an.1499. artic. 39. Henr.2. in edicto, touchant les Lutheriens, 27. Iunii, an.1551. art. 25.* Factum autem illud eſt, poſtquam cœperunt eſſe Magiſtratus perpetui. Nam antea temporales erant, vt in Italia, & cogebantur poſt depoſitam adminiſtrationem remanere quinquaginta dies in loco vbi geſſerant Magiſtratum, & reddere rationem male iudicatorum iis, qui conquererentur coram ſucceſſore, *Nouel. conſtit. Iuſtin.95. tit. vt om. iud. poſt depo. admin. & c. C. late Paris de Puteo, in ſuo tract. de Synd.* Et hodie quoque tenentur reddere rationem, ſi quis de illis conqueratur in Gallia, ſed non exſpectatur depoſitio magiſtratus: quia eo veluti perpetuo nō priuatur quis, *ex conſtit. Ludou.11 per rationem, l. Iuriſperitos, de excuſ. P. vide de his Gagui. lib.1. c.2.* niſi morte, aut renuntiatione, aut condemnatione ob crimen, *Guil. Bened. in c. Raynutius, in verb. duas habens filias, nu.38. de teſta.* quod & in aliis iudicibus ſeu officialibus alterius domini quam Regis, locum habet: vt non poſſit illis a dominis, niſi in illis tribus caſibus, iudicis munus aut officii adimi, vt areſto Burdegalenſi pronuntiatum refert Nico. Boerius, in q.119. in 1. parte. Quamobrem & Senatus mulctis ſæpe inferiorum iudicum ſententias reformando, & iudicando, illos caſtigat & emendat.

51 ¶† Sed & non patitur temere & perperam, aut malitioſe appellantium impunitas eſſe moras, & diffugia: idque ex conſtitutionibus Regiis, quæ iubent temere vel friuole appellantes, vel intercedentes ſeu opponētes, mulctis plecti, *de l'emende ordinaire & fol appel, in conſtit. Franc.1. an.1539. art.96. & 216.* ſexaginta librarum Pariſienſium, *Maſuer. tit. de appel. § 4. item appellans*, vel ex arbitrio extraordinarie iudicantium, pro modulo cauſſæ, qualitatis perſonarum, & circumſtantiis negotiorum cum expenſis & damno litis, *conſt. Franc.1. ſur l'abbreuiation des proces du grand conſeil, art.32.35. & 36.42. & 40.* Iure pontificio qui friuole appellat ab actu, poteſt per iudicem a quo appellat, excommunicari vt contumax, & mulctari, *Pan. in c. ſolicitudinem, in 1. notab. de appell. vide gl. tamen, quam ſequuntur interpretes in l.1. § fin. a quib. appell. non lic. P. Pan. in c.2. de appel.* Iure ciuili punitur temere appellans, ordinaria pœna quinquaginta librarum argenti, *l. ab exſecutione, C. quor. appel. non recip.* vel extraordinaria, officio iudicis, *in l. eos, §. ne temere, C. de appellat.* interdum amiſſione cauſſæ, & nota infamiæ, *l. a Proconſulibus, eo.* Sed hæc cum arbitraria ſint, non proſequor: plecti tamen ſine cauſſa & temere litigantes, vel modice vel ſeuere expedit: vt præſcindantur litium tempora, & obuietur malitiis hominum. Cum & inde iniuria videatur irrogari iudici, a quo temere appellatur: vt & is ideo poſſit agere iudicio iniuriarum, *gl. fin in l. fin. C. quand. prouoc. non eſt neceſ. Gemini. in c. cum appellationibus, de appel. gl.2. in c. ſi quis prępoſtera, 50. diſt.*

52 ¶† Curare etiam debent Magiſtratus ſuperiores, ne beneficio a lege conceſſo appellationis, abutantur improbi: ne inde iniuriarum occaſio naſcatur, vnde iura naſci debent, *l. meminerint, C. vnde vi.* Appellationis quippe remediū, non eſt ad defenſionem iniquitatis, ſed ad præſidium innocētiæ inſtitutum, *c. cum ſpeciali, 61. §. porro, de appell.* Quæ ratio etiam eſt receptæ appellationis, contra ſententias iudicum iure ſpeciali: cum alioquin pro ſentētiis præſumatur, quod æquæ & iuſtæ ſunt, ex quo de actis conſtat: quamuis non præſumatur pro proceſſu ſi de eo dubitetur, & niſi de eo fides fiat, *notat gl. in d. § porro, in ver. defecerit.* Altera ratio autem, delatum eſſe appellationibus, ne via præcluderetur defenſionibus, quæ iuris naturalis eſſe videntur, *l. vt vim, de iuſt. & iur. P. l.1. C. vn. vi. Clem. paſtoralis, de re iud. l. ſcientiam, §. qui cum aliter, ad leg. Aquil.* Et poſtremo, vt ſolidius & diligentius negotiorum merita in diuerſis tribunalibus excuterentur, *l. addictos, de epiſc. aud. C. l. addictos, C. de appellat. l.1. eod. P.* Fallitur quippe aliquando iudicium hominum, & ſæpe: in quo differt a diuino: quia Deus non fallit, nec fallitur, ſed veritati ſemper innititur, *ca. a nobis, in 2. de ſent. excom. c. Deus quando, 24. q.3. c. panem, de conſecrat. diſt.2. c. Spiritus ſanctus, 1. q.1.*

## De iuramento in genere, & iurandi neceſſitate. Cap.3.

Lib.12. P. tit.2. Lib.4. C. tit.1. Conſt.9. & 48. Lib.2. Decret. tit. 24. lib.2. Sex. tit.11. lib.2. Clem. tit 9.

1. *Iuramenti in omnibus rebus neceſſitas.*
2. *Iurandum non eſt ſponte, ſed neceſſario.*
3. *Clinias Pythagoricus noluit iurare.*
4. *Vltima voluntas iurata, quare mutari poterit ſine periurio.*
5. *Ad periurium lubrica via.*
6. *Iurare aliquando expedit, & neceſſarium.*
7. *Iuramenti tres comites.*

1 NOn † immorabor in reddenda ratione, quare ſeorſum poſt abſolutam totius pene iuris & eius Syntagmatis tractationem, de iuramento dicendum arbitrer: eo quod nulla propemodū negotia ſint, in quibus de iuramento quæri non poſſit & periurio: vt oporteat ita ſeparatim de eo potius ſemel agere, quā tędioſa repetitione ſingulis negotiis eadem ſæpius inculcare. Inter ea enim quæ inuexit humanæ miſeriæ neceſſitas, eſt iuramētum.

Tanta perfidia ex malitia hominum ſuborta eſt, vt nihil prope-
modum firmum aut certum eſſe videretur, nulla hominum ve-
riq; reuerentia, vt oportuerit Dei teſtimonio omnia neceſſario
& facta & dicta obſignari. Et ideo dominus noſter Ieſus Chriſtus
id omne, quod accederet affirmationi vel negationi ſimplici in
ſermonibus hominum, a malo eſſe dixit, *D. Matth. c. 5. & D. Iaco.*
2 *c. 5. quod explicat, c. & ſi Chriſtus, de iureiur. tota 22. q. 1.* ¶ † Et pro-
inde nec ſponte, nec ex voluntate debemus iurare: ſed ad iura-
mentum neceſſitas nos debet trahere. Nam vt ait D. Baſil. Mag.
*in Pſal. 14.* αἰσχρὸν παντελῶς καὶ ἀνόητον, ἑαυτοῦ κατηγορεῖν ὡς ἀναξίου πίστεως,
καὶ τὴν ἐκ τῶν ὅρκων ἀσφάλειαν ἐπιφέρεσθαι, i. *Turpe ſane omnino & ſtultum,
ſeipſum accuſare vt indignum fide, & firmitatem ex iuramentis ad-
ferre.* Sic Philo Iudæus *li. de Decal. Iam*, inquit, *qui iurat, ſuſpectus
eſt de perfidia: ſit igitur cunctator & procraſtinando ſi forte differen-
do poſſit euitare ne iuret.* Neq; a malo iurantis iurare, ſed increduli
3 a quo iurare cogitur, *c. non eſt contra præceptum, 22. q. 1.* ¶ † Pytha-
goricus Clinias, cum per iuramentum mulctam trium talento-
rum illi vitare liceret, iniuriam maluit pati, quam iurare: idque
quamuis non eſſet falſo iuraturus, *D. Baſ. Mag. homil. de legen. lib.
gentilium.* Iubet & ſapiens Epictetus, *Arrius in encom. Epict. c. 40.
Iuſiurandum refuge, ſi potes: ſin minus, cum licet.* Reſpondit Vlp. *l.
quæ ſub conditione iuriſiurandi, de cond. inſtit. P.* quæ ſub conditio-
ne iuriſiurandi relinquuntur, a prætore improbari, & relicta ca-
pi, perinde ac ſi nulla impoſita fuiſſet conditio. *Etenim*, inquit, *a-
lii faciles ſunt ad iurandum, contemtu religionis: alii perquam timi-
di, metu diuini numinis, vſq; ad ſuperſtitionem. Et ne illi conſequan-*
4 *tur, iſti perdant, prætor conſultiſſime interuenit.* ¶ † Quare neque
prætor iuramentum eius tuetur, qui nemine deferente iurat: ſibi
enim ipſi iurat, *l. 3. de iureiur. P.* Vnde illa difficilis inter interpre-
tes quæſtio relata in gl. fi. conſtitutione ſacramenta puberum, ſi
aduer. vend. C. terminatur. Vt teſtator, qui in rebus ſuis iurauit,
nemine deferente, non ſe mutaturum voluntatem teſtamenti,
poſſit ſine metu periurii libere mutare. Vt etiam placuit, nemi-
nem ſponte iurare teneri, ſed poſſe referre delatũ iuramentum,
*l. manifeſtæ turpitudinis, 38. de iureiurand. l. delata conditione, 9. &
l. generaliter, 12. §. ſed iuramento, de reb. cred. & iureiu. C.* Et ſi quan-
do quis iurare alio poſtulante cogatur, is qui poſtulat, teneatur
purgare ſe prius iuramento de calumnia, & quod malitioſe illud
non poſtulet, *l. iuſiurandum, & ad pecunias, l. 34. §. qui iuſiurandũ,
de iureiur. P.* Sed & ab iis quorum fuit ſanctitatis & fidei probata
opinio, iuramentum nõ fuit poſtulatum, vt dicemus Deo fauen-
5 te in c. De iis qui iurare debeant vel cogantur. ¶ † Raro etiam iu-
randũ eſſe nos admonet, lubrica ad periuria via, vt melius ſit non
cogere iurare, quam periuriis dare cauſſam, *in l. 2. de indic. vid. tol.
C.* Ita etiam Plato propter facilitatem ad periuria, nõ paſſim eſſe
permittendum iuramentum tradit, *Plato 12. de legib. idem in c. ita
ergo, 22. q. 1.* Et metu periurii timebant iurare Heroes, cum Iaſone
profecti, vt auctor Orpheus *in Argonaut.*

Ὅρκια δειμαίνοντες, ἐσφραγίσαντο δὲ χερσί. id eſt,
*Iuramenta timentes, ſignarunt hoc manibus.*

6 ¶ † Iurandum tamen aliquando, & expedit, & iuramentũ malum
non eſt, etſi a malo & perfidia procedat: ſed non paſſim iurãdum,
non temere, non pro omni re. Sicut Hieremias ait, *Iurabunt in
veritate, iudicio, & iuſtitia, Hier. 4. c. & ſi Chriſtus, §. Iacobus, de iu-*
7 *reiur. c. animaduertendum. 22. q. 2.* ¶ † Sunt enim iſtæ tres circum-
ſtantiæ, quę permittunt & probum faciunt iuramentum. Verita-
tis cauſſa prima eſt, ob quam recte iuratur, & pro eo quod verum
creditur, *c. homines, 22. q. 2. c. fi. 22. q. fi.* Iudicium diſcretionem ha-
bet animi, *vt in c. paruuli, 22. q. 5.* vt ſine ea non valeat, vel præſti-
tum ſine ea damnabile ſit, & contra prohibitionem Dei, *Non ac-
cipies nomen Domini Dei tui in vanũ, Exod. 20.* Conſuetudo quip-
pe iurandi pro quibuſcunq; rebus & ſine neceſſitate reprehen-
ditur. Et ita monet Eccleſiaſt. *c. 23. Iurationi non aſſueſcat os tuum,
multi enim caſus in illa. Nominatio vero Dei nõ ſit aſſidua in ore tuo,
& nominibus ſanctorum ne admiſceaaris, quoniam non eris immunis
ab eis.* Et paulo poſt, *Vir multum iurans implebitur iniquitate.* Et i-
terum idem *ca. 27. Loquela multum iurans horripilationem capiti
ſtatuet, & irreuerentia ipſius obturbatio aurium.* Iuſtitia poſtrema
iuramenti baſis eſt, vt pro iuſto iuretur tantum, non pro re turpi
& iniqua, pro qua præſtitum iuramentum temerariũ & impium
eſt, & non ſeruandum, *c. tua nos, de iureiur. c. cum quidam, 12. §. fin.
c. Quintauallis, 23. de iureiur. ca. fin. 17. quæſt. 2. c. ſi quis, 13. quæſt. 2. l.
imperialis, iuncta Authen. quod eis, de nupt. Cod.* quia iuramentum
non eſt vinculum iniquitatis, *tota 22. q. 4. & c. inter cetera, 22. q. 2.
c. quemadmodum, 25. de iureiu. c. nõ eſt obligatorium, de reg. iu. in 6.*

## De iuramenti finitione, diuiſione, deque iuramento temerario & promiſſorio. Cap. 4.

1 *Iuramentum quid, diuiſio, temerarium quid, & prohibitum, nu. 2. & 3.*
4 *Iuramentum promiſſorium, & eius vis: vtq; ab aſſertorio diſtinguatur. nu. 5.*
6 *Iuramenti aſſertorii exempla.*
7 *Iuramentum promiſſorium habet obligationem.*
8 *In iuramento cenſetur excepta ſuperioris auctoritas.*
9 *Iuramento promiſſorio contrarius actus factus an valeat.*

IVramentum, † eſt affirmatio vel negatio, ſacræ rei atteſtatione 1
firmata, *vide Placen. & Azon. in ſum. tit. de reb. cred. C.* Ariſtote-
li vero, eſt dictio cum diuina veneratione, probationis expers, *A-
riſtot. in Rhet. ad Alex.* In verbis conſiſtit iuſiurandum, *§. ſed neq;,
de mand. princ. in Auth.* & ita in affirmatione & negatione. Cice-
ro dicit affirmationem religioſam, *Cic. 3. Off.* Et pro Fonteio, re-
ligionem iuriſiurãdi dicit. Vnde religioſus alibi ſæpe pro iuratus:
vt religioſus iudex, religioſus teſtis. Philo Iudæus *lib. de iureiur.* in
re ambigua Dei teſtis dixit citationem, quæ niſi fiat in veritatis
fauorem, mendacii teſtem Deum citare, magnum ſcelus eſſe.
¶ † Iuramenti ſumma diuiſio eſt, vt aliud ſit extraiudiciale, aliud 2
iudiciale pro re litigioſa. Rurſum extraiudiciale, vel temerarium
omnino & improbum eſt, vel aſſertoriũ ſimpliciter, ſeu promiſ-
ſorium, vel confirmatorium contractuum. Iudiciale vel volun-
tarium, delatum a parte litigante parti, pro deciſione controuer-
ſię: aut neceſſarium delatum a iudice, vel ad ſupplementum pro-
bationum, vel de calumnia, *de iuramento calumniæ ſupra dixi, lib.
48. Syntag. c. 7.* vel in litem, vel mixtũ ex voluntario extraiudiciali
& iudiciali neceſſario: Quorum ſingula membra, quæ alibi expli-
cata non ſunt, perſequar. ¶ † Temerarium improbumq; omni ex 3
parte iuramentum, dicitur blaſphemia, de qua diximus, lib. 35. i-
ſtius Syntag. c. 12. Sed & temerarium iuramentum dicitur, quod
fit ſine diſcretione, pro quibus non oportet, quando non opor-
tet, & quibus non oportet. Prohibuit autẽ Deus, ne iuremus per
cœlum, aut per terram, ſed ſit ſermo noſter, in affirmatiua, *eſt*, vel
negatiua *non eſt, D. Matth. c. 5. D. Iac. c. 5. c. clericum, 22. q. 1.* Prohi-
bent & iſtas blaſphemias & temeraria iuramenta, iura ciuilia et-
iam mortis pœna indicta, *§. fin. vt non luxur. cont. nat. in Auth. l. fi.
§. fi. C. de relig. & ſum. fun.* ¶ † Promiſſorium iuramẽtum eſt, quod 4
promiſſioni vel pollicitationi accedit. Sic enim efficacior cauſſa
creditur eius, quod ſpecialiter conuenit, quam eius, quod ex ge-
nerali promiſſione venit, *l. ſed & ſi, 4. §. quæſitum, ſi quis cautio, P.*
Et ſolet plus timeri, quod ſingulariter promittitur, quam quod
generali ſponſione concluditur: ideoq; quæ generaliter promiſſa
cenſentur, tamen ſpecialiter cum maiori efficacia iureiurando
promittuntur, *c. quanquam omnes, 23. diſt.* veluti gemina promiſ-
ſione intercedente, quæ firmior ſimplici eſt, *l. ſi mulier, 22. Cod. ad
Velleia.* Et iurans non tantum voluntatem ſuã declarat, ſed etiam
ſtabilit. *in l. Antiſtius Labeo, de acq. her. P. Nullum*, inquit Cicero
*3. Off. vinculum ad obſtringendam vitam, iureiurando maiores ar-
ctius eſſe voluerũt: id indicant leges in duodecim tabulis, indicant ſa-
cra, indicant fœdera, quibus etiã cum hoſte deuincitur fides, indicant
notationes animaduerſioneſque ſacrorum, quæ nulla de re diligentius
quam de iureiurando iudicabant.* Et iterum, *idem eo. circa fi. quod
affirmate quaſi Deo teſte promiſeris, id tenẽdum eſt: hoc ad iuſtitiam
& fidem pertinet: nam præclare Ennius, o fides, alma apta primis &
iuſiurandum Iouis. Qui igitur iuſiurandum violat, is fidem violat,
quam in Capitolio vicinam Iouis optimi maximi, vt in oratione eſt
M. Catonis, maiores noſtri eſſe voluerunt.* ¶ † Si ſubliter cauſſas aſ- 5
ſertionis inſpiciamus, poſſumus diſtinguere inter ſimplex iura-
mentum aſſertorium, quod de præſenti vel præterito eſt: & pro-
miſſorium, quod eſt de futuro. Sed quia aſſertio vtrumque conti-
net. Et de non faciendo fit & de faciendo, & de dando & nõ dan-
do, vel facto & non facto teſtificationem, non ſeparo omnino, *il-
lud etiam tradit Dionyſ. Halic. in 2.* Et ita poterit quoque hoc iu-
ramentum pertinere ad actus extraiudiciales ſimul ac iudiciales.
¶ † Huius generis iuramentum erat, quod ſeruus Abrahæ præſti- 6
tit domino de adducenda vxore filio, *Geneſ. 24.* & quod Ioſeph fa-
cit patri Iacobo, de eo ſepeliendo, *Geneſ. 47.* quod præſtitit popu-
lus Iudaicus in prouulgatione legis de ea ſeruanda, *Exod. 20.* Ta-
le, quod exigebat Hippocrates a diſcipulis medicis, vt ex eius for-
mula liquet: quodque exigitur a iudicibus & patronis cauſſarum,
*l. rem non nouam, in prin. & §. patroni, C. de iud.* a militibus, a Galaa-
ditis, *Iudic. 11.* Talia iuramẽta fidelitatis inter vaſallos & dominos,

*c. de*

*c.de forma,22.q.5.titulis,de forma fidelit.& de no.for.fidelit.in vſib.
feud.cum ſimil.*Reges & ſummum Pontificem,*clem.1.de iureiur.*
teſtium in iudicio examinandorũ de dicenda veritate, *l.iuriſiu-
randi,& l.ſi quando,C.de teſti.c.nuper,eod.ti.*Archiepiſcoporum,
cum iurant in pallii acceptione ſe iura coſeruaturos Summi Pon-
tificis,*c.ſignificaſti,14.de electio.*& quod præſtabant Romani lege
Fæmina conceptis verbis,ſingulis annis, non amplius in ſingulas
cœnas ſumtus eſſe facturos, quam centenos vicenoſque æris nu-
mos,præter far,oleum,& vinum,*Gel.lib.2.c.2.*Illudque quod po-
nitur in l.fin.§.fin.de iis qui ad eccleſ.confug.Cod. quo dominus
repetens ſeruum ad eccleſiam confugientem iurat ſe ex eo cri-
mine non læſurum.Et illud,de quo ibi meminit gl.& in c.1.vt lite
non conteſt.quo maritus repetens vxorem,iurat quod eã non læ-
7 det.¶ † Addit vim, imo obligationem, dictis hoc iuramentum
ſimplex promiſſorium:neque audiendi ſunt qui dicunt iuramen-
tum non eſſe modum inducendæ obligationis,vel naturalis qui-
dem:vt & Bart.& alii in l.ſi quis pro eo,per illum text. De fideiuſ-
ſoribus male defendunt,*contra quos Corraſius ſcripſit, in l. admo-
nendi,a nu.12.vſque ad 25.de iureiur.P.* Nam & palam eſt,nudam
promiſſionem etiam,& ſimplicem,inducere naturalem obliga-
tionem,*l.Stychum,aut Pamphilum, §.naturalis, de ſolutio.P.* Ad
agendam autem obligationem,additur iuramentum: & proinde
fieri non poteſt,vt diminutionem eius operetur quod inductum
eſt ad confirmationem,*l.ſi mancipia,de fun.inſtru.P.*Adde, quod
iuramentum fortius eſt naturali obligatione: & ideo vt iuſtum
pactum eam tollit ſi de remittenda ea interponatur,*d §.naturalis,
l.Stychum.*Neque l.ſi quis pro eo.contrarium docet, nam defe-
ctus ibi obligationis non pendet ex iuramento,ſed ex falſa cauſſa
quæ non admittit operarum promiſſionem:putabant enim eſſe
libertum eum a quo ſibi quis promitti operas iurato voluit offi-
ciales,quæ non poſſunt præſtari niſi a libertis, *Iaſon in l.ſi non ſor-
tem.§.libertus,col 7.de condict.indeb.text.in l.pen.ſi a par. quis fuer.
manumi.P.*Sed & videbis eſſe obligatorium huiuſmodi iuramẽ-
tum promiſſorium,in l.vt iuriſiurandi,7.de oper.libert.lib.28.P.
tit.1.& in auth.generaliter,de epiſco.& cler.C.Neque verum eſt,
quod Bartolus ait, Deo tantum non homini iuramenti promiſ-
8 ſionem fieri. ¶ † Non negarim tamen, in iuramento ſimplici
promiſſorio cenſeri exceptam auctoritatem ſuperioris,*c.venien-
tes,§.1.ad finem de iureiura.§.imperialem,in fi.de prohib.feud.alien.
per Freder.*vt Summi Pontificis,*gl.in c.conſtitutus,de reſcrip c.eam
te,& c ſi vero,de iureiu.c.fi.de pœn c.alius,& c.ſeq.15 q 6* & Epiſco-
pi,qui gratiam iuramenti facere poſſunt:vt & olim imperator, *l.
Imperatores,ad municipa.P.*& Prætor,*l.quæ ſub conditione,1.reſpon.
& §.fi.& l.quid enim de conditio.inſtitut.*
9 ¶ † Ceterum verũ puto, promiſſorium vel aſſertorium iura-
mentum,non officere actui contrario, ſed illum valere, quando
noua cauſſa ſubeſſet veniendi contra iuramentum, *in l.ſi hominẽ,
manda.P.*Quia & in iuramento appoſita clauſula cenſetur, pro-
miſſionem valere rebus ſic,vt tunc erant exſtantibus,& in eodem
ſtatu remanentibus,*l.quod ſeruus,de cond.cau.data P. c.quemad-
modum,25.de iureiur.*Item 2.ſi in alterius præiudicium iuramen-
tum non ſit,*c.quamuis,de pac.in Sex.*actus contrarius valeat,*vt gl.
in c.vltima voluntas,13.q.2.& in c.cum M Ferrarienſis, de conſtit.*ſi
diſſolutus poſſet eſſe in præiudicium tertii. Item ſi actus ſecũdus
præponderet primo,aut indiſſolubilis ſit,& primus natura ſolu-
bilis,*vt in c ſicut ex literis,22.& c.pen de ſponſ.*Qua ratione omnes
antinomiæ diſſolui poſſunt, quæ de hoc adferuntur, de quibus
vide Paulum Caſtrenſem,conſil.339 & 56.in 1.volum.in nouis.
Guid.Papæ q.569.nu.3.& 4.Tamen notandum a periurio diſpẽ-
ſationem gratiam & abſolutionem petendam eſſe a ſuo prælato,
quod & tutius eſt,etiam in omni alia cauſſa quæ legitima videtur
non ſeruandi iuramenti,vt tradunt Innocentius,Anton.Butriga-
rius,& alii in c.1.de iureiuran.& alii in ca.cum contingat.eod.tit.
Bald.in l.in emtione.C.plus vale.quod agi.Alex.conſil.88.in no-
uiſſimo volumine conſilior.

## De Confirmatorio contractuum iuramento. Cap. 5.

1 *Iuramentum quos contractus firmat.*
2 *Iuramentum accipit naturam contractus cui accedit.*
3 *Contractus decem modis a iure infirmantur, & quando poſſunt firmari iuramento. Et nu ſequent.*
4 *Iuramentum contra bonos mores, ciuiles tantum, valet in contractibus: non contra naturales.*
5 *Iuramentum non firmat quod eſt contra publicam vtilitatem principaliter.*
*Secus ſi ſit per conſequentiam, & non principaliter. Et nu.6.*
7 *Contractus in odium creditorum prohibiti, iuramẽto an firmentur. An ſi in fauorem debitoris.nu.8.*
9 *Pactum nudum & alteri abſenti factum firmatur iuramento, & iure Pontificio.*
10 *Iuramentum non porrigitur vltra conſenſum, vel ad incognita.*
11 *Iuramentum non firmat contractum de re prohibita venire in contractum.*
12 *Renuntiatio cuique ſui priuilegii permiſſa.*
13 *Iuramentum confirmatorium actus quando tranſit in heredes.*
14 *Iuramentum dolo extortum, nihil valet. Quid ſi metu nu.15.*

IVramentum † adhibitũ contractibus,eos firmat, quando con- 1
tractus quidem per ſe inualidi & reprobati omnino non ſunt,
ſed ex aliqua ſingulari circumſtantia impugnari poſſent. Sic per
iuramentum,quod nullum ex defectu potentiæ contrahentium
vel alio quodam modo eſt,validum efficitur,*vt in c.quamuis, de
pact.in Sex.c.cum contingat de iureiur.c.licet,eod.tit.in Sex.conſtit.
ſacramenta puberum,ſi aduerſ.vendit.C.* Verum tot erunt diſtin-
ctiones iſtius iuramenti, quot erunt contractuum quibus adiici-
tur. ¶ † Nam regulare eſt iuramentum leges accipere,& quodã- 2
modo naturam eius contractus cui interponitur,*Iaſon, in l.quod
te col.8.de reb.cred.P.& in l.ſi conueniat,de iuriſ.om.iud.P. Chaſſa.
ad §.5.verſ.ſed ſic eſt nunc,tit.de ſucceſſion en ligne in conſ.Burgund.
Guid.Pap.dec.96.nu.3.*Quia veluti acceſſorium eſt, quod regitur
ex natura principalis cui accedit,*c.acceſſorium, de reg.iur.in Sex.*
Et eo modo intelligi debet quoque, quo principale, ſecundum
terminos & regulas iuris,*l.fi.C.de non num.pec.in l.fin. qui ſatiſ.co-
gant.P.*Et proinde ſi quid in actu vel contractu iniquum erit, iu-
ramentum refugit eius confirmationem:& ſi actus non conſiſtit
per ſe vllo modo, ſic nec iuramentum, *l.cum principalis, de reg.
iur.P.c.acceſſorium,eod.in Sex.*quod non eſt vinculum iniquitatis,
*c.inter cetera,22.q.4.c.quanto.de iureiu.c.1.eod.in Sex.l.non dubiũ,
C.de le.l.ſi quis inquilinos,§.fin.de lega.1.* Quæ vt facilius & ordine
intelligamus,operæpretium eſt,nos actus & contractus conſide-
rare,de quibus fiant,a quibus,& quomodo fiant,item fines & ra-
tiones eorum,vt ſi quo pacto illi poſſint ſuſtineri, iuramentum
eos confirmet:ſin minus, nequaquam. Et hanc quæſtionem ex
profeſſo Bart.in l.ſi quis pro eo,nu.5.& ſeq.de fideiuſſor.P.fuſiſ-
ſime & aliquantum in l. Seius Augerius, ad legem Falcidiam, P.
tractat,quam paucis concludemus.
¶ † Et vt ſciamus,qui contractus non ſubſiſtentes iure confir- 3
mari poſſunt: 10. modis contractus a iure reprobari notandum
eſt. 1. quia contra bonos mores ſunt. 2. quia contra vtilitatem
Reipubli.principaliter. 3. quia contra vtilitatem Reipublicæ ſe-
cundario.4.propter odium creditoris. 5. propter fauorem debi-
toris. 6. quod lex eis non aſſiſtat, quamuis non reprobet. 7. pro-
pter defectum ſolemnitatis prætoriæ. 8. propter defectum ſo-
lemnitatis ſubſtantialis. 9. propter defectum rei vel materiæ de
qua contrahitur. 10. propter aliquas alias vtilitates ſubditorum.
Secundum quos modos,de iuramento confirmatorio illis appo-
ſito,tot conſtituo regulas cum Bartolo, & explicationes aliunde.
¶ † Prima, pacta, conuentiones, actus contra bonos mores, 4
non valent,*l.iuriſgentium §.prætor ait,de pact.P.l.pacta quæ contra.
C.eod.l.filius qui,de condit.inſtit.* Hic diſtinguendum tamen cen-
ſeo,inter bonos mores ciuiles,& naturales,*l.probrum,42.de verb.
ſig.P.*ſecundum ciuiles, lex omnis lata eſt,*cap.erit autem lex 4.di-
ſtinct.c.conſuetudo,1.diſt.*Iuramentum appoſitum in actu vel con-
tractu qui contra hos bonos mores ciuiles tantum eſt,obligat:
quia ſeruatum non vergit in diſpendium ſalutis æternæ,*c.quam-
uis,de pact.in Sex.* Et ceſſat ſuſpicio mali quod eſt contra bonos
mores naturales.Siquidem leges,& vſu & contrariis moribus in-
duci & tolli poſſunt,*l.de quibus,de lega.P.* At quando pactum eſt
contra bonos mores naturales,improbatum omnino eſt, *d.l.iu-
riſgen.§.prætor ait,cum ſimil.*vt ſi conueniat,vt flagitium fiat, *l.ge-
neraliter,& l.ſi plagii,de ver.obl.P.* Et tunc proculdubio non valet
confirmatorium ei pacto appoſitum iuramentum, nec eſt obli-
gatorium,*c.quemadmodum,c.cum quidam,10.ca.quintauallis,23.
de iureiur.c.non eſt obligatorium,& c.in malis,de reg.iur.in Sex.l.ſi
quis inquilinos,§.fin.de leg.1.auth.quod eis,de ſec.nup.C.l.iuriſgen.§.
& generaliter,de pact.cum ſimilib* Naturalia videntur eſſe iuris di-
uini,& ita immutabilia ſeu incorruptibilia, *§.ſed naturalia,de iu-
re nat.l.eas,de capitis dimin.P.* Et ideo iuramentum veluti ſuper
immutabili vt mutetur, impoſſibilitatem iuris & facti habet,

& extra poteſtatem promittentis eſt: & non valet, vt pote adiectum ſuper iis, de quibus non poteſt ſe obligare promittens, vt in
5 cap. quanto, de iureiur. cum tota 22. quæſt. 4. ¶ † Secunda regula ſit, improbato pacto vel actu, ex eo quod eſt principaliter contra publicam vtilitatem, *vt in c. ſi diligenti, de fo. comp. l. quemadmodũ, & l. 1. de agri. & cenſ. lib. 11. C.* non confirmabitur iuramento, *vt c. quanto de iureiur. l. non dubium, C. de legib. l. ceterum de leg. 1. l. ſenatus, de contrah. emt. l. adigere, §. quamuis, de iure patro. P. cum ſimi.*
6 ¶ † 3. Quod ſi contractus vel actus improbetur, ex eo quod tendit contra vtilitatem publicam ſecundario, & non principaliter, cum præcipue prohibitionis vtilitas reſpiciat priuatam perſonã; iuramentum confirmabit huiuſmodi contractum nutantem aliunde, *Panor. conſ. 8. vol. 2.* vt ecce dotis fauor ad publicam vtilitatem pertinet ſecundario, & principaliter ad mulieres, *l. 1. de iur. dot. P. l. 1. ſolu. matr. P.* Et ita pactum de ea minuenda improbatur, *l. pactum quod dotali, de pact. C. l. pactum, C. de collat.* accedente autẽ iuramento probabitur, *c. quamuis pactum, de pact. in Sex.* Idipſum in alienatione rei dotalis intellige, *c. cum cõtingat, de iureiur. apud Grego. c. licet, eod. tit. in Sex.* Nec immoror in diſtinctione Bartoli, *in l. ſi quis pro eo, nu. 9. de fideiuſſo. P.* quæ vſu abrogata eſt: is enim ait, in prohibitione alienandi vetita, animaduertendum, nũ prohibitio alienationis rei, quæ fit a lege, reſpiciat tantum rem, vt exemplum ponit in prohibitione fundi dotalis, vt tunc valeat iuramentum & confirmet: an vero perſonam, vt ſi dictum eſt, vt talis perſona non alienet, & tunc non valeat etiam iuramento appoſito, quod tamen vltimum reprobatur ab interpretibus, & contrarium ſeruari tradit Paul. Caſt. in auth. ſacramenta puberum, ſi aduerſ. vendit. & in d. l. ſi quis pro eo, de fideiuſſ. P. ſi in fauorem perſonæ fit prohibitio.

7 ¶ † 4. Quando in odium creditoris prohibetur contractus, iuramentum appoſitum ſeruandum videtur, *vt in c. debitores, de iureiur. l. non licet, de contra. emt. P. l. fin. ſi quis alt. vel ſibi, C. l. ſignificãte, de pigno.* quamuis pactum non confirmetur, vt ſubtiliter diſtinguit Bartol. *ad d. l. ſi quis pro eo, nu. 10.* Et certe ideo creditores tunc recte ad iuramenta relaxanda iurantibus compellentur, vel gratia
8 fiet facile, *c. 1. de iureiur. c. nouit, de iudic.* ¶ † 5. Quando in fauorem iurantis prohibitus erat actus, vel contractus, & ille iuramentum contractui vel actui adhibet, de eo ſeruando, valebit & confirmat actum, *vt in auth. ſacramenta puberum, ſi aduerſ. vendit. & in ca. ex reſcripto, & cap. cum contingat, de iureiur.* Verum hic adhibendum iudicium. Nam ſi factum, in alterius quam eius, cui prohibitum eſt, præiudicium etiam conuertatur, non firmatur iuramento: vt ſi quando quis prohibitus ſit capere etiam a volente *gl. in l. inuito, 116. § fi. de reg. iur. l. omnes qui, § exſecutoribus, de epiſc. & cle. C. l. omnibus, C. de ſportul.* vel ſi omnino actus vel contractus prohibeatur, vt dum prohibetur alienatio prodigis, & omnis contractus: ab iis enim iuramentum contractibus appoſitum nõ tenet, nec contractus firmantur. *Iaco. Butriga. Angel. Caſtren. Bald. Anchar. Bartol. in l. is cui bonis, nu. 7 de verbor. oblig. Iacob. Aretin. in l. qua habet, § ſi pupillus, de tut. aucto. quod eis. de ſec. nup.* Quia hic cõſideramus vltra prædictam regulam iuramenti, ſubſtãtiam & comitem deficientem, nempe diſcretionem quę adeſſe debet & iudicium, *c. & ſi Chriſtus, de iureiur. Hierem. 4.* Prodigi vero idonei non ſunt ad iurandum, quia iudicio carent: idemque dicendum de paruulorum & furioſorum iuramento, & aliorum, qui quia diſcretionem non habent, contrahere vel aliud quippiam gerere prohibentur, qui neq; iuramẽtum licite præſtabunt cum effectu
9 in ſui pręiudicium. ¶ † 6. & 7. Quando contractui vel actui lex nõ aſſiſtit ſimpliciter, verumtamen fieri illum non prohibet, iuramentum illum confirmat: vt ſi adiiciatur pacto nudo, *vt in l. legem quam dixiſti, C. de pact. l. iuriſgentium, §. ſed cum nulli, de pact. P.* vel promiſſioni factę abſenti alteri, *l. ſtipulatio iſta, § alteri, de verb. oblig. P.* quibus cum ius ciuile non det robur obligationis, iuramentum dabit. Veluti etiam nudis pactis ius Pontificium, *ca. 1. de pact. apud Grego.* & adiectio pœnalis, alterius nomine factis ſtipulationibus, *§. alteri, de verb. oblig. l. nuda, C. de contra. & commi. ſtip.* Et inter ſimplicem loquelam & iuramentum, Deus nõ facit differentiam, ſed vtrumque ſeruandum erit, *c. iuramenti, 22. q. 5. cap. quicunq; ſuffragio 12. q. 2.*

10 ¶ † 8. Si contractus eſt prohibitus, nec valet ex eo quod forma ſubſtantialis ei deeſt, vt puta verba ſtipulationi, *l. 1. de verb. oblig. P.* non tenebit etiam adhibitum iuramentum confirmatorium ratione eius contractus, *Bart. in d. l. ſi quis pro eo, nu. 14.* Verumtamen, ſi contractus aliquomodo ſuſtineri poſſit, valebit meliori iure quo poterit valere, etſi degeneret in alium contractum, *vt in l. vbi ita donatur, de don. cau. mor. P.* ſi modo formalis cauſſa abſit circa conſenſum. Nam ſi conſenſus abſit, nec contractus vllo modo valebit, quia fundamentum non habet, *l. 1. de pact. P. c. cum Paulus, 1. q. 1.* Nec iuramentum quoque illum firmabit, quia non porrigitur vltra conſenſum, *l. fin. de non nu. pec. C. l. ſi. qui ſatiſd. cog. P. l. ſi libertus ita, de oper. li. P. l. ſi. in princ. ad municip.* neque ad incognita, *c. ad noſtram, in 2. de iureiu.*

¶ † 9. Si contractus vel actus reprobetur ratione rei, de qua fit, 11
veluti ſi de re ſacra, homine libero, & aliis quæ non ſunt in commercio hominum, *l. inter ſtipulantem §. ſacram, de ver. oblig. l. ſi in emtione, 34. omniũ, de contrah. emt. P. cum ſimilib. l. apud Iulianum, §. fina. de leg. 1.* iuramento non firmabitur. Quia impoſſibile continere videtur: & conſenſus priuatorum non poteſt ſupplere defectum rei: nec per iuramentum poteſt deberi res quæ non eſt, *l. eum qui, §. ſi iuramento, de iureiur. P.* & deficiente materia vera vel ficta, nulla eſt obligatio, quia non entis nullę ſunt qualitates, *l. eius qui in prouincia, de reb. cred. in P.* Et ita deeſt aliud fundamentum iuramenti, veritas *c. & ſi Chriſtus, de iureiur.* quia illud pro veritate habetur, *l. ſed & ſi poſſeſſori, §. ſi iurauero de iureiur. in P.*

¶ † Poſtremo, ſi in gratiam & vtilitatem ſingulorum quorun- 12
dam contractus non admittatur, ſine dubio eſt, renuntiationem, & iuramentum eorum multo magis valere, per regulam, vnicuique licere renuntiare priuilegio in ſui fauorem introducto, *l. ſi quis in conſcribendo, C. de pact. & de epiſco. & cler. cum ſimilib. c. quibus, de pact. in Sex.*

§ † Effectus autem iſtius iuramenti erit confirmatorii, quan- 13
do non improbatur, vt tranſeat in heredes eius, qui contraxit, & iure eius vtuntur, *vt in caſu c. cum contingat, de iureiur. & c. licet eo. in Sex Paul. Caſt. conſ. 65. & 67. & in aut. quod obtinet, de probat. Pet. Ancha. in c. veritatis, de iureiur.* vt validæ conuentionis etiam efficacia, tenet heredes, *l. ſi pactum, de probat. P. l. vni. vt act. ab her. & con. her.* quia iuramento acquiritur obligatio, & per conſequẽs actio, *c. qui ſacramento, 22. q. 4.* Quocirca confirmatus iuramento contractus, inuito contrahente altero, reuocari non poteſt: non ſecus, quam conuentio legitima, *ex l. incommodato, §. ſicut, commod. P. l. ſicut, de actio.* quamuis in promiſſorio iuramento actus iuratus ſi reuocabilis ſit natura, poſſit reuocari ſequente actu, qui valebit non obſtante priore iuramento, & quanquam qui contra fecerit periurus ſit, *c. ſicut ex literis, & c. ſi inter, de ſponſ. 1 gl. fin. in c. ſi. de procur. in Sex. ad quam plura coniungit Felin. in c. ſi diligenti, de fo. compet. facit l. duobus, § ſi. de iureiur.*

¶ † Si tamen contractus confirmatus ſit dolo initus, & iura- 14
mentum quoque doloſe extortum fuerit, vtrumque corruit & nullum eſt, *l. eleganter de dot. P. l. interpoſitas, C. de tranſ. l. iſti quidẽ, §. ſi. & l. 3. quod met. cau. P. l. 4. C. eo.* ne quod prohibetur ſubſiſtere, alia via permittatur, contra cap. prudentiam, & cap. præterea, de officio delegat.

¶ † Et quamuis iuramentum metu extortum valeat, & ſit ob- 15
ligatorium, quia metus non excludit conſenſum, *c. merito 15. q. 1. l. ſi mulier, quod met. cau. P. gl. in c. abbas, quod met. cau. & gl. late in c. auctoritatem, 15. q. 7.* attamen ſi metus ſit ad reſcindendum negotium idoneus, iuramenti poteſt facile dari & impetrari abſolutio, *vt in c. 2. & c. ſi vero, de iureiu. & d. c. auctoritatem.* Abſolutio enim, non reſtitutio in integrum impetrari debet, *Panor. in d. c. 2. nu. 1. per illum text. de iureiur.* niſi forſan quis velit contra iuramentum ab altero præſtitum, reſtitui in integrum, quo caſu poteſt petere, *vt in l. nam & poſtea, §. ſi minor. de iureiur. P.* Scio tamen Maſueriũ tradidiſſe in praxi, tit. de iureiur. §. 10. item ſi quis agat, poſt Panor. in cap. abbas, & c. ad audientiam, de his quæ vi met. cau. fiunt, & c. ſi vero, de iureiur. agentem ad nullum declarandum & reuocandum contractum, vi vel metu factum, audiri ſine diſpẽſatione iuramenti. Verum tutius arbitror & magis conſuli animæ periculo, ſi diſpenſatio petatur & abſolutio a iuramento.

## De Iuramento ad iudicii & ſententiæ definitionem pertinente. Cap. 6.

1 *Iuramenti iudicialis plures ſpecies.*
2 *Iuſiurandum voluntarium quid.*
3 *Iuramentum conuentionale acceptatum, referri non poteſt, vis eius ibidem, & num. 4.*
5 *Iuramentum delatum a parte, num cogatur pars acceptare, vel referre.*
6 *Iuramentum remitti poteſt, & quando Chriſtianus peieratum remittere debet.*
7 *Iurari aut referri iuramentũ delatũ, quando & quomodo debeat.*

8 *Iuramenti formulam quis concipit, & moderatur.*
9 *Iuramentum neceſſarium, & quomodo differatur.*
*Pro quibus non eſt deferendum in ſupplementum probationis. num.*10.
11 *Iuramentum maximum remedium ad expediendas lites, antiquorum potiſſimum: hodie vitandum cur.*
12 *Iuramentum ſupplementi probationis, antequam deferatur, ſex concurrere debent.*
13 *Iuramentum in litem ſeu affectionis quid: Pro quibus rebus iuretur in litem: Quis iuret: Quæ concurrãt in eo pro forma: Quid in eo iurare in infinitum: Contra quos: Finis & ratio eius iuramenti. nu.*14.15.16.17.18.19. *&* 20.
21 *Purgatorium iuramentum.*

1 IN † omni iudicii parte, admonuimus alibi iuramentum fere
præire: vt iuramentum calumniæ, *de quo dictum eſt, li.*48.*cap.* 7.
quod poſtulatur ab actore, reo, patroniſque cauſſarum: iuramen-
tum veritatis dicendæ, quod maxime in teſtibus iuratis, *l. iuſiurã-
di,*18. *de teſtibus, C.* locum habet, de quibus non loquemur hoc
loco, ſed tantummodo de eo quod pertinet ad deciſionem ne-
gotii, quod triplex conſtituitur, voluntarium, neceſſarium, in li-
tem. Vtrumq; ex inopia probationum, vel ad circuncidendas li-
2 tes inuentum eſt. ¶ † Eſt voluntarium iuramentum de re conten-
tioſa, ſed extra iudicium & nullo vrgente factum, nec deferente
aduerſario vel Iudice, quod non prodeſt iuranti, ſibi enim iurat, *l.*
3. *de iureiu. P.* Neq; quiſquam cogitur referre delatum, *l. iuſiuran-
3 dum quod ex conuentione,*17. *eo. tit. P.* ¶ † Defertur autem iuramẽ-
tum a lege, *vt in auth. nouo iure, C. de pœn. iudic. qui ma. iudic.* ab
homine alio quam Iudice & a Iudice, *l. generaliter, C. de reb. cred.
& iureiu.* Ab homine defertur extra iudicium, & in iudicio. Ex-
tra iudicium voluntarium eſt vt dixi: hoc eſt, in poteſtate eius cui
defertur, eſt non iurare, neque referre, niſi acceptatum ſit ex con-
uentione: & tunc neceſſario iurandum eſt, nec poteſt referri: &
vbi iuratum eſt, ſtatur iuramento, *l.* 1. *& l. iuſiurandum quod ex cõ-
4 uentione, & l. qui iuraſſe, §. fin. & l. ſeq. de iureiur. P.* ¶ † In iudicio de-
fertur a parte parti, ſtatuẽte Iudice, & deciſorium eſt litis vel eius
articuli de quo iuratur, poſtquam iuratum eſt, *l. quod ſi deferente
me iuraueris, & l. ſeq. de dol. P. l. ſi quis cum debitore,* 39. *& l. non erit
ratum §. delato, de iureiur. P.* in præiudicium iurantis aut deferen-
tis, nõ aliorum, *l. ſi duo patroni, l. ait prætor,* 7. *l. etiam,* 8. *l. nam poſtea-
quam,* 9 *§ ſi. l. quia non debet,* 11. *& ſeq. de iureiur. P. l. iuriſgentium, §.
ante omnia, de pac. P.* ſicuti quod ex conuentione eſt. Et ita vtrum-
que habebit vim inuiolabilem ſolutionis, *l. iuſiurandum etiam, &
l. ſeq. de iureiur. P.* delegationis, *l. qui iuraſſe,* 26. *§ ſi. eo. ti.* acceptila-
tionis, *l. iuſiurandum a debitore, eo.* ſi fiat de iis de quibus ea fiunt:
item tranſactionis, & rei iudicatæ, *l.* 1. *&* 2. *eo. ti.* tollet obligationẽ
& nouabit, *d. l. qui iuraſſe, § fin. & l. creditore.* 42. *& l. idem eſt,* 12. *§.
idem Iulianus, de iureiur. P.*
5 ¶ † Defertur a parte parti in iudicio, deficientibus omnibus
probationibus integris, *l. tutor pupilli,* 35. *eod.* & oportebat olim
eum cui deferebatur, vel iurare neceſſario, vel referre, *l. iuſiuran-
dum & ad pecunias in princ. & § ait prætor, de iureiur. P. l. delata, C.
eod.* aliter manifeſtæ dicebatur turpitudinis nolle iurare, vel iura-
mentum referre, *l. manifeſtæ turpitudinis, eo. P.* Hodie tamen iure
Codicis, nec iurare nec referre tenetur, *l. generaliter, §. ſed iura-
6 mento illato, C. de reb. cred.* acceptatum vero exſequi cogitur: niſi †
remittat qui detulit, is enim remittere & gratiam iuramenti fa-
cere poteſt etiam abſenti per epiſtolam, *l. Labeo iuriſiurandi,* 32.
*de iureiur. P. c. ſignificauit, de cenſib.* Remittit qui gratiam facit, *l. re-
mittit,* 6. *de iureiur. P.* Et debet interdum Chriſtianus qui detulit
remittere, poſtquam acceptatum videt: dum ſcit & certo nouit,
eum qui acceptauit peieraturum ſi iuret: ſi enim permittat hoc
ſciens, homicida eius & ſuiipſius eſt, vt delicti dans conſulto oc-
caſionem, & peccat exigendo, *c. ille qui hominem,* 22. *q.* 5. contra,
ſi neſciat illum falſo iuraturum, *c. qui exigit,* 22. *q.* 5.
7 ¶ † Iurari porro vel remitti iuramentum debet ſtatim, atque
delatum eſt iuramentum, eoque modo quo delatum eſt: aliter
nihil releuat, *l. non erit ratum, §. ſi. & l. qui per ſalutem,* 33. *de iureiur.*
Item ſecundum formam conceptam delatam, *l.* 3. *§. fin. cum* 2. *ſe-
quent. de iureiur. P.* etiam ab eo cui refertur, *iuxta rationem l. iuſiu-
randum, & ad pecunias & l. prætor eod. P.* Niſi Iudex formam mo-
deretur, ex qualitate perſonæ deferentis & referentis.
8 ¶ † Conceptio quippe iuramenti, plerumque ex arbitrio de-
ferentis fit, vel ex conuentione litigantium, *d. l. iuſiurandum, & ad
pecunias, §. non ſemper.* & ſi non conueniant, arbitrio Iudicis, *d. l.
iuſiurandum, § ſi iuſiurandum.* qui addit & formam, & modum,
& locum, ex qualitate, vt dixi, perſonarũ, *l. generaliter, §. ſi. de reb.
cred. C.* ¶ † Ceterum aliquando, petente aliquo ex litigantibus 9
ſibi vel aduerſario deferri, Iudex defert Iuramentum alteri ex li-
tigatoribus, & quando ei expedire videbitur & ex defectu proba-
tionum plenarum, in ſupplementum probationis ſemiplenæ, *l.
generaliter, de iureiur. C. l.* 4. *§. hoc autem iudicium, de dam. inf. l. ad-
monendi, de iureiur. P. & ibi per interpre. late, l. in bonæ fidei. C. de reb.
cred. c. fin. §. fin. de iureiur.* vocant iuramentum neceſſarium: quod
quando, & ex quibus cauſſis deferatur, fuſiſſime tractatur ab In-
nocent. in c. fin. de re iudicat. Bartol. Iaſone, & aliis, in l. admonen-
di, de iureiuran. & ab interpretibus maxime Ioan. Fabro, in l. in
bonæ fidei. C. de reb. cred. ¶ † Obſeruatione autem dignum eſt, 10
in maioribus cauſſis & magnæ quantitatis, non deferri iuramen-
tum hoc neceſſarium, ſed in leuioribus *glo. & Docto. in d. l. admo-
nendi, & in c. cum ſit partiũ, de reg. iur. in Sex.* Quare in accuſationi-
bus publicorum criminum, & in quibus pœna imminet capitalis,
non defertur in defectum plenæ probationis accuſatori: quia in
criminibus probationes luce meridiana clariores eſſe debent, *l.
ſi. C. de probat.* Quare potius pro reo abſoluendo, illi deferendum
erit, *l. præteriti, C. de iis qui ad eccle. confu.* Sed & in aliis diſtinguit
Bartolus, *in l. maritus, de quæſtio. nu.* 4. an pro criminibus agatur
ciuiliter, an criminaliter. Si ciuiliter, num actio popularis ſit, an
priuata: ſi popularis, exſtat deciſio in l. eum qui, §. in popularibus,
de iureiu. P. Si priuata, defertur iuramentum in l. 3. ibi *ſiue priuati,*
& l. ſi duo patroni, §. Iulianus, de iureiur. Si vero agatur crimina-
liter, diſtinguit, an iuramentum deferatur a parte parti, an a iudi-
ce: ſi a parte, an pars ſeu is cui detulit accuſatur publico iudicio, an
priuato: ſi publico, non eſt locus iuramenti delationi, vel ante vel
poſt litem conteſtatam: ſed debet reus abſolui, *l. qui accuſare, C. de
eden. l. Arrianus, de actio. P.* Poſſet tamen a reo actori deferri, vt ait
Bartolus, ſi reus dicat, *volo condemnari ſi is iurat.* Quod ſi de priua-
to crimine agatur, antequam perueniatur ad iudicium, poteſt de-
ferri iuramentum, *l.* 3. *de iureiur. P. l. iuriſgentium, § ſi paciſcar, de
pactis. P.* Sed poſtquam ad iudicium ventum eſt, eo prætextu ac-
cuſator non poteſt deſiſtere, ſed reum debet plene peragere, vel
calumniatoris pœnam pati. Sicut & in publicis receptum eſt ap-
pellationibus, *l. & in priuatis, ad Senat. Turpil. P.* Reſpondit tamẽ
Alexander, in criminalibus in quibus pœna eſt pecuniaria, defer-
ri poſſe, *Alexan. conſ.* 66. *vo.* 5. *per l. in bonæ fidei, in verbis, in ceteris,
de reb. cred. C. & ibi gloſſ.* 2. *facit l. fallaciter, C. de abolitio.* Sed & illud
obſeruandum Iudici etiam in ciuilibus, vt quãdo actor bene ple-
neque probauit, & reus ſemiplene: non eſt deferendum reo iu-
ramentum ſupplementi probationis, ad reprobationem actoris,
*Andr. Barba in additio. ad Bart. in l.* 2. *C. de iureiur. vide gl. in c. cum
ſint partium iura obſcura, de regul. iur. in Sex.*
¶ † Maximum certe expediendarum litium remedium hoc iu- 11
ramentum, *l.* 1. *de iureiur.* Sed cogit illud deferre Iudicem inficia-
tio aduerſarii, non probante tantum plene aduerſario, contra
quam eſt iuramentum præſidium, & veluti extorta probatio, *l. cũ
etiam,* 5. *C. de reb. cred.* Plato lib. 12. de legib. ſcribit, Rhadamantũ,
proſpicientem ſuo tempore omnes vno ore Deum eſſe & confi-
teri videri, putaſſe Deo non hominibus iudicia eſſe committen-
da. Quocirca ſimpliciter velociterque eorum iudicia peregiſſe.
Nam iureiurando in ſingulis cauſſis a litigantibus requiſito, cito
ſimul ac tuto iudicare ſolebat. *Nunc vero,* inquit, *quia mores ho-
minum alii & improbi plures, nec Rhadamanti iudicandi modus ille
congruit. Itaq; prudens legislator in iudiciorum exſecutione, iuſiurã-
dum litigantium prohibebit, vt tam accuſatoris intentio, quam accu-
ſatoris deprecatio ſine iureiurando in iudiciis conſcribatur. Nam ſi
iurandi licentia in ciuitate dabitur, vbi plura ad Iudices deferuntur
quotidie, omnes pene periuri erunt, præſertim qui præſentibus conui-
uiis, aliaq; conſuetudine, ac priuata neceſſitudine coniuncti ſunt.* Et
paulo poſt ſubiicit: *Et qui iudicaturi ſunt, nullo modo litigantes per-
mittant, aut iurare perſuadendi cauſſa, ac ſibi generiq; imprecari, aut
turpiter ſupplicare, &c. Peregrinis autem inter ſe litigantibus, quem-
admodum olim, nunc ſi velint, iurare liceat. Nam cum in ciuitate
conſeneſcere non debeant, non formidandum ne alios corrumpãt.* Hęc
Plato. Qui Iudices iis verbis monet, ne propter perfidiam homi-
num, omniũ iuramento putent eſſe credendum, nec pro omnib.
¶ † Quare recordari debent eius quod ſcribit Maranta, *in* 6. *par. Spec.* 12
*ti. de iuramento, a nu.* 4. *vſq; ad* 11. ſex requiri copulatiue antequam
iuramentum ſupplementi probationis deferatur. Primo, quod
ſit ſemiprobatum per vnum teſtem omni exceptione maiorem:
vel per alias ſemiplenas probationes. Secundo, quod is cui defer-
tur, ſciat veriſimiliter veritatem. Tertio, vt is ſit perſona honeſta,

& bonæ vitæ. Quarto, quod cauſſa non ſit magna, ſed modica.
Quinto, quod ſemiplena probatio non ſit aliquomodo eliſa per
probationes contrarias. Sexto, quod iuramentum ſit petitum an-
13 te concluſionem in cauſſa. ¶ † Sed & multo cautius eſt agendum,
in iuramento quod dicitur in litem: iuramentum videlicet affe-
ctionis, quod Iudex concedit petitum actori, vt ex affectione iu-
rata litem poſtea æſtimet, quanti ſua interſit, vel putet intereſſe.
Vnde iuramentum affectionis dicitur, *l. ſi per alium, §. 1. ne quis eũ*
*qui in ius voca. eſt vi exi. l. 1 & 2. & l. videamus, de in lit. iur. P.*
14 ¶ † Conſiderabit hic Iudex res, perſonas, negotium & cauſſas.
Res pro qua iuratur in litem, debet eſſe, in quam cadat effectio in
ſpecie, non in quantitate, *l. numis, de in lit. iur. P.* niſi forſan obliga-
tio quantitatis in locum obligationis certæ ſpeciei ſucceſſerit,
*Bart. in l. in actionibus, n. 3. eo.* Actio item pro qua iuratur hoc mo-
do, debet eſſe bonæ fidei, directa, aut in rem, aut ad exhibendum,
*d. l. in actionibus, eo. l. 3. §. in hac, commod. P.* contrariæ namq; actio-
nes, illud non admittunt, *l. 1. §. depoſiti quoq; & l. ei apud quem, de-*
15 *poſ. P.* ¶ † Perſona quæ iurat, debet eſſe habilis, vt ſit dominus litis,
*l. vulgo, de in lit. iur. P.* non pupillus, *l. videamus, eo.* plura & alia re-
16 quirit Iaſon, in dict. l. in actionibus, de in lit. iur. P. ¶ † Pro forma
quoq; permiſſionis iuramenti huius, cõcurrere debent difficul-
tas æſtimationis eius quod petitur, contumacia, & dolus proprius
præcedens aduerſarii, contra quem petitur, *Bart. poſt gl. in d. l. in a-*
*ctionibus, eo. & ibi Iaſon hoc bifariam limitat, canoniſtæ in c. fin. de eo*
*quod met. cau. facit textus in l. ſemper, §. in hoc autem edicto, quod vi*
*aut clam. P. probat expreſſe l. 1. & 2. & l. videamus, § fin. de in lit. iur.*
niſi agatur de actionibus bonæfidei, in quibus ſufficit dolus ad-
uerſarii, etiam ſi non cõcurrat difficultas probationis, *d. l. numis,*
*& ibi Fulgoſ. de in lit. iuran. P.* vel niſi agatur de actione ex emto, in
qua non iuratur in litem, quia venditor poteſt liberari præſtando
id quod intereſt ſingulariter emtoris, nec committit ea ratione
dolum, *l. 1. de actio. emt. P. l. qui tibi, in fi. de heredi. vel act. vend.* ideo
non fit taxatio in infinitum, *l. 1 C. de ſenten. qua pro eo quod int. pro-*
17 *fer.* nec per conſequens iuratur in litem, cuius † iuramentum eſt
in infinitum, *d. l. videamus, 4. §. iurare, de in lit. iur. P.* id eſt, vt qui
admittitur ad iurandum, non habeat definitam ſummam, vel du-
plum vel ſimplum rei, pro qua iuratur, vt dicitur in taxatione eius
quod intereſt, *d. l. 1. de ſent. qua pro eo quod int. C.* ſed poſſit ex nutu
quantum cenſuerit ſibi præſtandum exprimere, & ita iurare. Nõ
autem hic oportet exiſtimare æſtimationem eſſe immenſam ex
iuramento: nam ad arbitrium Iudicis pertinet, poſtea æſtimare,
& modum iureiurando ſtatuere, *d. l. videamus, § pen. & fi. & d. l. in*
*actionibus, de in lit. iur. l. 3. ad exhib. P. l. arbitrio, de dolo. P.*
18 ¶ † Pro culpa non datur hoc iuramentum, ſed tunc res ſola
æſtimatur, *l. 2. & l. videamus, § fi. de in lit. iur.* nec pro aliis, niſi defe-
rente Iudice, *d. l. videamus, § deferre.* qui dolum conſiderat quãdo
commiſſus ſit, & in quibus. Ita in contractu ſtricti iuris, ſi dolus ab
initio commiſſus, & poſtea in non parendo Iudicis præcepto, nõ
reſtituendo, iurabitur in litem, *Bart. in d. l. in actionibus, nu.* 14. aut
ſi in non reſtituendo ſolummodo quis contumax ſit, *l. 1. & 2. de in*
*lit. iur. l. qui reſtituere, de rei vind. P. l. arbitrio, 19. in princ. & §. 1. de*
*dol.* In bonæ fidei iudiciis, ſi dolus ab initio commiſſus, & poſtea
in non parendo iudici, iuratur quoque in litem, *in l. ſi cui, § 1. loca.*
*P.* Quod ſi ab initio quidem commiſſus ſit, vt in malæfidei poſ-
ſeſſore hereditatis, ſed ceſſet poſt ſententiam in non parendo, pu-
ta quia forſan res petita interiit, non iuratur in litem, *l. ſi poſſeſſor,*
*in 1. §. fi. de peti. hered. P.* Si tamen ceſſet in non parendo iudicis re-
ſtitutioni, re exſtante, puta quia rem vendiderit, iurabitur, *d. l. ſi*
19 *poſſeſſor. in fin.* ¶ † Iuratur & contra tutores qui repertorium non
fecerint rerum minorum, cum cœperũt tutelam gerere, propter
latam culpam quæ dolo æqualis eſt *l. tutor qui repertorium, de ad-*
*min. tuto. P. l. 4 de in li. iur. P. l. pen. C. eod.* Et ſi contra heredes eorũ
non iuretur, ex tutorum dolo: niſi & ipſi heredes dolum commi-
ſerint in eo inuentario non faciendo, *l. fin. C. eo.* Cuius autem ſint
partes iurare, docet l. videamus, de in lit. iur. P. Regulare autem
eſt, non iurari in litem contra heredes dolum committentis, nec
eos teneri ex eo, ſi is deceſſerit ante litem conteſtatam, idque ſi-
ne dubio, *l. 2. & 3. eod. C.* At quando poſt litem conteſtatam de-
ceſſit, diſtinguitur, ratione actionum bonæfidei vel ſtricti iuris.
Nam in contractibus bonęfidei, aut dolus, aut culpa dolo ſimilis,
in caſu quo iuratur in litem propter culpam, ante litem conteſta-
tam commiſſus, commiſſave eſt: veluti ſi reus ante litem conte-
ſtatam occiderit, vt in l. pen. de in lit. iur. C. & tunc iuratur contra
heredem aut poſt litem conteſtatam, & tunc non iuratur, *l. eius*
*qui delatorem, de iure fiſc.* In ſtricti iuris vero actionibus arbitrari-
is, reo defuncto ante ſententiam, non videtur poſſe iurari contra
heredem ex dolo, *vide Bartol. in l. in actionibus, numer. 21. de in lit.*
*iuran.* ¶ † Finis & ratio eius iuramenti ſupplementum habent 20
probationis, & caſtigationem doli & contumaciæ. l. 1. & 4. in fin.
de in lit. iuran. Vnde in d. l. 4. §. fin. probatione adueniente, ceſſat
æſtimatio per iuramentum facta. vide & §. oportet, de iudicibus
in Authen. auth. poſt iuſiurandum, C. de iudic.
¶ † Aliud genus iuramenti, mixtum ex iudiciali & extraiudi- 21
ciali, diximus eſſe purgatorium, de quo iam in probationibus di-
ximus, proprio c. de purgatione canonica & vulgari.

## De quibus Iuretur, & de iis qui iurare debeant, vel qui cogantur. Cap. 7.

1 *Iurare de quibus ſoleat: & qui iurare cogantur, vel non. num. 2. & ſeq.*
3 *Pueri efficaciter non iurant.*
4 *Puberes & proximi pubertati obligantur iuramento.*
5 *Furioſi non iurant, nec peierare dicuntur quare.*
6 *Iurat quilibet pro ſuo facto, non pro alieno regulariter.*
7 *Iuramentum in litem non præſtatur ab impubere vel pupillo.*
8 *Procurator pro alio iurat ex mandato ſpeciali.*
9 *Iuramentum non præſtant virgines vel vxores ex voto.*
10 *Iuramentum non admittendum eorum, qui vtilitatem inde aliquam ſibi vel aliis parant.*
11 *Presbyteri an iurent.*

EX † ſuperioribus ſatis liquere arbitror, de quibus in promiſ- 1
ſione, aſſertione, & confirmatione iuretur: nempe de rebus
ſeriis, honeſtis, vtilibus & neceſſariis, iuſtis, & diſcretionem ha-
bentibus. ¶ † Proſequor breuiter qui iurare efficaciter vel cum 2
obligatione poſſint. Et quidem, ſi quæratur de præiudicio eius
qui detulit iuramentum, tuentur illud leges aduerſus eum, cuiuſ-
cunque ſunt ſexus aut ætatis, qui iurauit, *l. qui iuraſſe, 26. de iure-*
*iur. P.* Imputare enim ſibi debet, qui ei fidit, & qui fidem ſibi iu-
rantis elegit, *l. cum mandato, de mino. 25. an. P.* Et ætas minoribus,
in damnis ſubuenire, non in proſpere geſtis obeſſe conſueuit, *l. nõ*
*eſt minus, C. de procurato. l. neq; tutoris, de contra. vel com. ſtip. C. l. 1.*
*C. qui legi. perſ. ſtan. in iudi. hab. l. contra iuris ciuilis regulas, de pact.*
*P.* At ſi quæramus de efficacia iuramenti contra alios, & de obli-
gatione iurantis, dicimus etiam omnes iurare poſſe cuiuſcunque
ſexus ſint & ætatis, niſi ſpeciali nota prohibeantur, *d. l. qui iuraſſe,*
*de mulieribus paſſim ſe offerunt iura, c. cum contingat, de iureiur. ca.*
*licet, eod. in Sex. ca. quamuis, de pact. in Sex. cum ſimilib.* ¶ † Exci- 3
piuntur autem primum, qui animi iudicio carent, vt pueri paruu-
li, *c. paruuli. c. pueri, c. honeſtum, 22. q. 5.* illis enim non eſt iudicium,
*l. 1. §. impuberes, de fal. mone. C. l. cum prætor, de iudic. P.* quod requi-
ritur in iuramento, *c. & ſi Chriſtus, de iureiur.* non velle habent, *l.*
*pupillus, de reg. iur. P.* nec diſcernere poſſunt, non magis quam fu-
rioſus, *l. more, § ſi cum l. ſeq. de acqui. here. P.* Sed ſi iuramento opus
eſt, tutor pro impuberibus iurat, *l. 2. §. quod obſeruari, C. de iuram.*
*calum.* ¶ † Puberes vero obligantur iuramento, *conſtit. ſacramẽ-* 4
*ta puberum C. ſi aduer. vendit.* & qui proximi ſunt pubertati, *l. fi. de*
*liber. cau. P. & Bart. ad d. conſtit. ſacramenta puberum.* quia & ex
delictis tenentur, *c. 1. de deli. puero. l. impunitas, C. de pœ. l. 2. C. ſi ad-*
*uer. del.* Proximus pubertati dicitur, maſculus a decem annis &
ſex menſibus, vſque ad quatuordecim: mulier a nono & dimidio,
vſque ad duodecim, *glo. in § pupillus, de inutil. ſtipul.*
¶ † Furioſis multo magis iuramentum non defertur, nec pe- 5
ierare dicuntur ſi iurent: quia iudicio etiam carent, *d. l. cum prætor,*
*de iudic. P.* neque vllum negotium recte contrahunt vel gerunt,
*l. in negotiis contrahendis, & l. furioſi, de reg. iur. P. § furioſus, de inut.*
*ſtip.* & habentur pro abſentibus, *l. 2. § furioſi, de iure codicil.* ſine
conſenſu, *l. qui ad certum tempus, loca. P.* ſine animo, *l. 1. §. adipiſci-*
*mur, de acqui. poſſeſſ. P.* ¶ † Vnuſquiſque etiam pro ſe tantum, & de 6
facto ſuo, regulariter iurat: & nemo pro alio iurare cogendus eſt
ſuo periculo: non mater pro filio: non tutor vel curator pro mi-
nore vel pupillo. Graue enim viſum eſt, ignorantes & inuitos, ſub
alieni compendii emolumento periurium anceps ſubire: volen-
tibus autem licet. Vt & in purgatione vulgari compurgatores iu-
rant pro eo qui ſe purgat, *c. 1. c. quoties, c. conſtitutus, & ſimil. de pur-*
*gat. cano.* ¶ † Pupillus autem & impubes in tutelari cauſſa non iu- 7
rant vel pro ſe in litem: vt de iſtis teſtis locupletiſſimus Vlp. in l. vi-
deamus, 4. de in lit. iur. ¶ † Per Procuratorẽ iurare poſſumus, cum 8
ſpeciali mãdato ad iurandũ conſtitutum vel in rem ſuã: nõ aliter,
*l. iuſiurãdũ quod ex cõuentione, 17. §. fi. & l. alias antẽ, 18. de iureiu. P.*

Quo

Quo caſu qui alieno nomine iurat, ex mandato iurat in animam conſtituentis, *c. optatum*, 100. *diſt. c. tibi domino 63. diſtin. vbi gl. ponit formulam iuramenti nomine alieno faciendi.* Sed tamẽ in litem iurat dominus litis tantum, *l. vulgo præſumitur*, 7. *de in lit. iur. P.*
9 ❡ † Iurat pater pro filio, eum dare non oportere, *l. qui iuraſſe*, 26. *§. 1. eod.* Philo Iudæus lib. de iureiurando & religione, ſcribit, virginibus & nuptiis vouendi iurandiq; poteſtatem adimi legibus, quod penes parentes & maritos earum ſit, habere voluntatem illarum ratam vel irritam. Et quia virgines per ætatẽ vim iuriſiurandi parum intelligunt, & opus habeant alieno iudicio: aliæ autẽ ad iurãdum procliuiores ſint, quam ferat maritorum vtilitas. Hoc tamen diſtinctum videbis luculenter in lege Dei, Numero. c. 30. Vide & l. 2. §. voto, de pollicita. P. Plato, 12. de legib. iurare eos nõ
10 † vult, qui ex periurio ſibi vtilitatem quandã vel aliis parare poſ-
11 ſunt: peregrinis litigantibus tamen iuramentũ permittit. ❡ † Noluit etiam lex Romanorũ principum, presbyteros cogi de omnibus iurare, *l. presbyteri, in 1. & auth. ſed iudex, de epiſc. & cler. C. c. ſi quis presbyter, 2. q. 4.* Et in edicto Prætoris conceptum refert Gellius, *Virginem Veſtalem, & Flaminem Dialem, in mea iuriſdictione iurare non cogam, Gell. li. 10. c. 15. Feneſt. li. de Sacerdot. c. 6.* Cur autẽ hoc introductum ita ſit, Plutarchus rationes dabit 4. Problemat. 43. Primum, quia tormenti aliquod genus eſt homini libero, iuſiurandum. 2. Quia abſurdum eſt in re parua fidem non habere, cui diuina ac ſumma credita ſunt. 3. Quod iuſiurãdum in imprecationem periurii deſinat. Exſecratio autem omnis triſtis & abominanda: vnde nec aliis imprecari Flamines ſolent. Et laudata Athenis illa ſacerdos, quæ populi iuſſu adduci non potuit, vt Alcibiadem exſecraretur: dixit enim, precandi ſe cauſſa non imprecãdi ſacerdotio præditam. 4. Quia commune omniumq; eſſet periculum periurii, ſi homo impius ac periurus pro ciuitate poſitus, ſuſcipiat.

## De Iurandi quibuſdam Formulis. Cap. 8.

1 *Iuramentum aliud ſolemne, aliud non ſolemne: & quid vtrumque, & ſeq.*
2 *Solemne iuramentum quid habet.*
3 *Iuramentum non ſolemne quid.*
4 *Iuramenti concepti antiquorum variæ, ſecundum mores diuerſarum regionum formulæ, & exempla. & nu. ſeq. 5. 6 7. 8. 9.* 10. 11. 12. 13. 14. *15. 17.* 18.
16 *in Templo promiſſa maxime rata habita.*
19 *Iuramenta ſolemnia Iudæorum: noſtra Chriſtianorum: & iurare ſolemniter quibus diebus non liceat. nu.* 20.
21 *Iuramentorum non ſolemnium formulæ, & per quæ ſoliti ſunt populi quidam, & homines iurare. & nu. ſeq. vſq; ad* 30.
31 *Iurare Chriſtianis per quæ vetitum ſit.*

1 IVramẽtum † cuiuſcunq; generis ſit, formam certam habet: ſed maxime determinatam, quando conceptis verbis, & certo modo, & non aliter defertur. Vnde & quoddam ſolemne iuramentũ, quoddam nõ ſolemne dicitur. Solemne dicitur, quod habet certas ſolemnitates præſcriptas & dictatas, vel a partibus deferentibus, vel a Iudice, vel a lege, cum certa verborum conceptione, a qua variare iuranti nec recedere liceat, vel ſi recedatur ratum nõ erit, *l. 3. & l. non erit ratum*, 5. *l. iuſiurãdum & ad pecunias*, 24. *§. qui iuſiurandum, de iureiur.* Ab aduerſario conceptio facta pro modo qualitatis perſonarum ſæpe mutatur & reformatur, *d. l. iuſiuran-*
2 *dum & ad pecunias, § ait Prætor, & §. non ſemper.* ❡ † Conceptis verbis iurare, eſt verbis dictatis præeuntibus a deferente ex arbitrio adiurantis, id eſt, iuramentum poſtulantis iurare, *l. quicquid adſtringendæ, de verb. oblig. P.* Et concipere: eſt certam formulam conſtituere verborum. ἐπακλὸς ὅρκος conceptum iuramentum Græcis. Et in hoc iuramento, ne quid mutaretur a iurantibus, verba aliquis præibat, quæ iurans perſequebatur: atque inde facilius cognoſcebatur ſi peierant, & conſcientia contraria mutare vellent verba, vt licet coniicere ex verbis Cornelii Taciti, huiuſmodi, *lib. 2. Annal. Senatus incoantibus primoribus iuramentum concepit, quo certatim omnes Magiſtratus ceteri, vt ſententiam rogabãtur, Deum aduocabant, nihil ope ſua factum, quo cuiuſquam ſalus læderetur: neq; ſe præmium aut honorem ex calamitate ciuium cœpiſſe: trepidis, & verbis iuriſiurandi mutantibus, quibus flagitii conſcientia inerat, id eſt, qui delationum conſcientia vrgebantur, conceptionem, id eſt, formulam iuriſiurandi mutantibus, vt ſolent qui fallaciter iurant.* Accedit ſolemni iuramento vltra conceptionem verborum, locorum certorum definitio, vbi iurandum ſit, & rerum expreſſio per quas iurandũ ſit, & quas tangendo iuretur. Sic enim tactu & corporali iuramento magis inuiolabile putatur iuramẽtum & irretractabile, *l. 3. C. ſi maior ſe minorẽ dixerit, & l. ſi aduerſ. vendit. C.* Si alii concipiunt tangenda ſacra lypſana alicuius ſancti, diuina Euangelia, crucem ſaluriferam: antiqui aquam, ignitũ ferrum, vomeres, & ſimilia. ❡ † Vnde contra conſtat, iuramentum 3
non ſolemne eſſe, quod ſummarie & de plano præſtatur, ſine delectu verborum aut locorum. Quæ exemplis facilius patebunt. Referam enim quædam ſacramenta ſolemnia, & non ſolemnia, per quæ iurabant antiqui ſecundum locorum conſuetudinem. Plura tamen quam referam præteribo, ne prælũ remorer, & quia forſan facilia inuentu ſunt. ❡ † Narrat Ariſtoteles de controuer- 4
ſiis olim iudicatos reos, alios iureiurando præſtito: alios ſine iuramento: & fuiſſe illis iuramentum per ſceptri eleuationem, *Ariſto. li. 3. Politi. c.* 10. ❡ † Feſtus docet Romanos, iuraſſe lapidem tenen- 5
tes & proiicientes his verbis, *Si ſciens fallo, me dieſpiter, ſalua vrbe arceq; bonis eiiciat, vt ego hunc lapidem, vide de hoc iuramento Liuium, & Macrobium, & Eraſmum in Chiliad. 2. centu. 6. ada. 33. Iouẽ lapidem iurare.* Cuius formulæ Cicero videtur rationem adferre, 4. *Academica. quæſt. Rationem,* inquit, *comprobat maiorum diligẽtia, qui primum iurare ex animi ſui ſententia quemq; voluerunt. Deinde ita teneri, ſi ſciens falleret, quod inſcientia multa verſaretur in vita. Tum qui teſtimonium diceret, vt arbitrari ſe diceret etiã quod ipſe vidiſſet, quæq; iurati Iudices cognouiſſent, vt ea non vt eſſe facta, ſed vt videri pronuntiarentur, facit c. 1. de offic. Archidia.* Sic iurat apud Plautum Lyconides ſeruo in fine Aululariæ.

*Si te ego ſciens fallam, ita me eiiciat dieſpiter*
*Bonis, ſalua vrbe & arce, vt ego hunc lapidem.*

Vtebantur & Arabes lapide in feriendis fœderibus, vt auctor eſt Herodotus, *in 3.* Polybius de fœdere iurato Catthagienſium & Romanorum agens, verba hæc eius iuramenti concepta fuiſſe tradit, *Polyb. in 3. Hiſtoria. Si recte ac ſine dolo male hoc fœdus atque hoc iuſiurãdum facio, Deus mihi cuncta fœlicia præſtet: ſin aliter aut ago aut cogito ceteris omnibus ſaluis, in propriis legibus patriis, in propriis laribus, in propriis templis, in propriis ſepulcris ſolus ego peream, vt hic lapis e manibus meis decidet.* ❡ † In iuramento coniurationis 6
impiæ, Catilinæ cum Antonio & aliis eius farinæ, mactatus eſt puer quidam, & iuramentum initum ſuper eius viſceribus, quæ vna poſtea comederunt, *Dio Caſſ. li. 37.* Saluſtius in coniuratione Catilinæ etiam tradit, Catilinam oratione habita cum ad iuſiurãdum ſceleris ſui ſocios addiceret, humani corporis ſanguinem vino permixtum in pateris circumtuliſſe: inde cum poſt exſecrationem omnes deguſtauiſſent, ſicuti in ſolemnibus ſacris fieri cõſueuit, aperuiſſe conſilium ſuum. ❡ † Dictys Cretenſis recẽſet his 7
verbis Agamemnonis aliam iuramenti formulam, *Dict. Cret. li. 2. belli. Troiani. Agamemnon adferre hoſtiã lictores iubet, ac mox ſublatam ſuper terram, cum eam duo quibus imperatum erat ſuſpenſam tenerent, gladium vagina educit, eoq; bifariam exſciſſam hoſtiam in conſpectum vbi diuiſerat collocari iuſſit: dehinc ferrum ſanguine oblitum manu retinens, inter vtramque ſacri partem medius vadit, ac poſtremum tranſgreſſus iurat, inuiolatam a ſe, ad eam diem manſiſſe Hippodamiam.* ❡ † Prope huic ſimilis alia formula, qua iurauit 8
Diomedes & Vlyſſes Troianis, dum confirmarunt, ſe ſeruaturos illis quæ Antenori promiſiſſent. Nam inquit idem Dictys, *idem lib. 5. teſtes inuocarunt in eam rem Iouem ſummum, terramque matrem, Solem, Lunam, ac Oceanum fore: dehinc exſciſſis in partes duas hoſtiis, quæ ad eam rem admotæ erant, ita vt pars ad Solem, reſiduum ad naues ſpectaret, per medium tranſierunt.* Syracuſii iurabant tacto igne cerei accenſi: & ita iurauit Agathocles Amilcari, *Iuſtin. li. 22.*
❡ † Quadi Germanorum populus, iurabãt eductis mucronibus, 9
quos pro numinibus habent, *Beat. Rhena. lib. 1. rer. Germanica.* Narrat Pauſanias, *in Laco. in 3.* ab Sparta in Archadiam tendentibus, non longe abeſſe equi monumentum, quo in loco Tyndareus dicitur, conuocatis Helenæ procis: ſuper exſectis equi teſtibus, iuſiurandum concepiſſe, cuicunque Helena deſponſaretur, armis ſe illius iniuriam ſi a quoquam illæ nuptiæ violatæ fuiſſent vindicaturum. Cumque hoc illos ſacramento adegiſſet, eo ipſo in loco 10
equum defodiſſe. ❡ † Homerus, *Iliad. 19. verſ. 257.* aliam formam adfert iuramenti Agamemnonis, qua ſe purgauit intactam fuiſſe a ſe Briſeidem. Et a Talthybio aprum Agamemnoni oblatum, & ab eo Atridem Agamemnona ſetas exſcidiſſe, & Ioui obtuliſſe his verbis iurando.

ἴςω νῦν ζεὺς πρῶτα θεῶν ὕπατος καὶ ἄειςος
γῆ τε καὶ ἠέλιος, καὶ ἐειννύες, αἵθ' ὑπὸ γαῖαν
ἀνθρώπους τίννυνται, ὅπις κ' ἐπίορκον ὀμόσσῃ
μὴ μὲν ἐγὼ κύρῃ βεισηΐδι χεῖρ' ἐπενεῖκα,

οὔτ' εὐνῆς πρόφασιν κεχρημένος οὔτε τευ ἄλλου,
ἀλλ' ἔμεν' ἀπροτίμαστος ἐνὶ κλισίῃσιν ἐμῇσιν.
εἰ δέ τι τῶνδ' ἐπίορκον, ἐμοὶ θεοὶ ἄλγεα δοῖεν
πολλὰ μάλ', ὅσσα διδοῦσιν ὅπις σφ' ἀλίτηται ὀμόσσας
ἦ καὶ ἀπὸ στομάχων κάπρου τάμε νηλέϊ χαλκῷ
τὸν μὲν Ταλθύβιος πολιῆς ἁλὸς ἐς μέγα λαῖτμα
ῥῖψ' ἐπιδινήσας βόσιν ἰχθύσιν.

Id eſt:

*Sci:ote nunc Iupiter primus deorum ſummus & optimus.*
*Terraq; & Sol, & Erinnyes, quæ ſub terra*
*Homines puniunt quicunq; periurium iurarint,*
*Quod nequaquam ego puellæ Briſeidi manum intuli,*
*Neq; cubilis occaſione vſus, neq; alicuius alterius rei.*
*Sederat intacta in tentoriis meis.*
*Si vero quid horum periurium, mihi dii* (idololatra loquitur)
*mala dent.*
*Dixit: & iugulum apro abſcidit ſæuo ferro,*
*Hunc quidem Thalthybius cani maris in magnum fluctum.*
*Iecit, aduoluens eſcam piſcibus.*

11 ¶ † Liuius, *li. 1. decad.* 3. Carthaginenſium iurandi modum deſcri-
bit, inducit enim Hannibalem læua manu agnum tenentem, &
dextra ſilicem lapidem, precantem Iouem & ceteros quos vocat
falſo deos, vt ſi falleret, ita eum mactarent, quemadmodum ipſe
agnum mactaſſet, & ſecundum precationem pecudis caput ſaxo
12 eliſiſſe. ¶ † Qui ad certamen Olympicum deſcēdebant eorumq;
parentes & fratres, ſuper exta immolati porci, conceptis verbis
iurare ſolebant. Nihil ſe fraudis, nihil deceptionis attuliſſe, aut ſe-
cus quam leges paterentur Olympiæ commiſiſſe, *Pauſan. in Elia-*
13 *cis.* ¶ † Meminit Sophocles & Callimachus, aliique grammatici,
morem fuiſſe apud Græcos in ſanciendis fœderibus, vt ferrum
candens tenerent, & vt tandiu fœdus perduraret precatos Deū,
quādiu Mydrus μύδρος, latuiſſet (id enim ferro candenti ac ignito
14 nomen) ſtatimque Mydrum in mari præcipitaſſe. ¶ † Homerus
Odyſſ. 2. meminit, de magno quodam ſuorum deorum iuramen-
to, quod iuraſſe Telemacho eius nutricem refert:

ὣς ἄρ' ἔφη, γρηῦς δὲ θεῶν μέγαν ὅρκον ἀπώμνυ.
αὐτὰρ ἐπεί ῥ' ὄμοσέν τε τελεύτησέν τε τὸν ὅρκον. &c.

Id eſt:

*Sic loquuta anus, deorum magnum iuramentum iurauit,*
*Ceterum poſtquam iurauit, perfecitq; iuſiurandum, &c.*

Magnum illud quod eſſet iuramentum, explicaſſe mihi videtur
Plutarchus, *in vita Dionis.* dum meminit de eo quod Callicrates
ſiue Callipus, exhibuit in ęde Proſerpinę, a ſorore Dionis & Are-
te vxore interpellatus & adiuratus, de non nocendo Dioni. Et ait,
αἱ δ' ἠξίουν αὐτὸν ὀμόσαι τὸν μέγαν ὅρκον, ἦν δὲ τοιοῦτος. καταβὰς εἰς τὸ θεσμο-
φόρων τέμενος ὁ διδοὺς τὴν πίστιν, ἱερῶν τινῶν γινομένων, περιβάλλεται τὴν
πορφυρίδα τῆς θεοῦ, καὶ λαβὼν δᾷδα καιομένην ἀπόμνυσι. id eſt, *Illæ antē*
*volebant vt iuraret maximum iuramentum, quod erat tale. Deſcen-*
*dit in templum legiferarum, vt putabant Ethnici, dearum, is qui fidē*
*daturus eſt, & interea dum ſacra quædam fiunt, amictum, vt dicunt,*
15 *deæ purpureum induit, & tenens facem ardentem iurat.* ¶ † Iuramē-
tum ἀρχόντων, Magiſtratuum præcipuorum Athenienſium, erat,
ſe legum præcepta ſeruaturos, nulla munera accepturos, ſi ſecus
facerent, ſtatuam auream pœnæ nomine ſe Delphis erecturos,
16 *Iul. Poll. lib. 8. & Plutar. in Solo. vita.* ¶ † Fiebat & iuramentum ſo-
lemne apud Ethnicos, applicatione iurantis ad altare. Et docet id
oratio, quam habuit Hannibal ad Antiochum Regem, apud Li-
uium, *lib. 31. 85. & Flor. lib. 2. c. 61. Æmil. Probus, in vita Hannibal.*
*Appia. Alex. in Iberico, & Libyco, Poly. in 3. Pater Amilcar, Antio-*
*che, paruum admodum me, cum ſacrificaret altaribus ad motum, iu-*
*reiurando adegit, nunquam amicū fore populi Romani.* Cicero quo-
que, eum qui iurare vellet ſolemniter, ad aras iuraſſe innuit. *Ergo,*
inquit, *Cic. pro L. Flacco. is qui ſi aram tenens iuraret crederet nemo,*
*per epiſtolam quod volet iniuratus probabit?* Et hunc morem etiam
fuiſſe Græcorū idem ipſe ſcribit alibi, *idem pro L. Cornelio Balbo.*
*Athenis aiunt cum quidam apud eos qui ſancte grauiterq; vixiſſet,*
*& teſtimonium publice dixiſſet, &, vt mos Græcorum eſt, iurandi*
*cauſſa ad aras accederet, vna voce omnes Iudices, ne is iuraret, recla-*
*maſſe.* Meminit & Virgilius, *li. 4. Æneid.* de hac ſolemnitate,

*Talibus orantem dictis, araſq; tenentem.* &c.

Et rurſum, *idem li. 12.*

*Tango aras, medioſq; ignes, & numina teſtor.*

Scribunt enarratores epiſtolæ Acontii ad Cidippem, ea quę di-
cerentur & promitterentur in templo & ara maxime rata fuiſſe.
17 ¶ † Ariſtoteles vero in republica Athenienſium & Philochorus
prodiderunt, conſueuiſſe Athenienſes ad lapidem quendam iu-
ramenta facere. Meminit & Demoſthenes oratione in Cononē,
καὶ πρὸς λίθον ἄγοντες καὶ ἐξορκοῦντες, id eſt, *& ad lapidem agentes, &*
*iurantes.* ¶ † Quod & obſeruat Harpocration. Apud Suidam, in 18
verba, ἐπὶ βύρσης θέσεσθαι, id eſt, *in corio ſedere*, traditur morem apud
Scythas fuiſſe, vt ſi quis ab alio iniuria afficeretur, quam vlturus ſe
aduerſario fore parem non putaret, vt boue immolato carnes in
fruſta conſciſſas elixaret, & corio humi extento inſideret, mani-
bus in tergum reiectis, quo nullum eſſe apud Scythas maius ſup-
plicādi genus. Qui vero volebat, parte carnium accepta & dextro
pede corio inſiſtēs, ſe pro virili eſſe ei opem illaturum polliceba-
tur: eſtq; id ſanctiſſimum iuſiurandū. Quod per bouis fruſta Scy-
thæ faciebant, legitur aliquando Leuitam in populo Iudaico fe-
ciſſe, per membra vxoris ſuæ adulteriis enecatæ, quibus iuratum
eſt ad vindictam maleficii, Iudicum c. 19. Scythæ quoque hauſtu
mutui ſanguinis ſanciunt fœdus & iurāt ex more, & ex diſciplina
quoq; Medorum vſurpata, teſte Solino, c. 25. & Herodoto. Apud
Iudæos, iuramentum fiebat manu poſita ſub femore eius cui iu- 19
rabatur, *Geneſ. 24. & 47.* vel leuabatur manus ad cœlum, *Deut. 32.*
vel iuraturus applicabatur ad deos, id eſt, Sacerdotes & Iudices,
*Exod c. 22.* Inter Chriſtianos, ſolemnitas ex arbitrio legum & Iu-
dicum elicienda. ¶ † Mittitur ad domum ad egregias interdum 20
perſonas recuperator ſeu commiſſarius eo nomine, *c. ſi qui teſtiū,*
*de teſti. apud Grego. §. & quoniam ſcimus, de teſti. in Auth. auth. apud*
*eloquentiſſimum, de fide inſtrum. C. §. item, eo. tit in Auth. l. generali-*
*ter, §. in omnibus, de iureiur. C. l. & ad pecunias, §. ſi de qualitate, de*
*iureiur. P. l. 2. §. fi. de iureiur. prop. cal. dan. C.* Verum ſolemne maxi-
me præſtatur in oratoriis & Eccleſiis, *d. l. generaliter, §. in omnibus,*
*de iureiur. C.* in altari, & ſanctorum reliquiis, certa formula, *ca. ha-*
*bemus, 22. q. 1. & c. tibi domino Ioanni, 63. diſt.* certis diebus: nam
non omnibus diebus permiſſum erat iurare ſolemniter, nempe a
ſeptuageſima, vſque ad octauam Paſchę: ab aduentu, vſq; ad octa-
uam Epiphaniæ: in diebus dominicis, ieiuniorum quatuor tēpo-
rum, in litaniis maioribus, *c. decreuit, 22. q. 5.* Iuratur & tactis Sa-
croſanctis ſcripturis, *§. 1. & §. nulli, de ſanctiſ. epiſ. in Auth. l. rem non*
*nouam, C. de iud. l. 2. C. de iura. prop. cal.* vel per Euangelia prę̨ſentia.
*c. quoties, 1. q. 7. c. Imperator, 11. q. 1.* ¶ † Iuramentum non ſolemne, 21
ſimpliciter & de plano fit, non adhibita ſolemnitate. Et iuratum
in eo fere ad lubitum, & per ea quæ cuiq; maioris vel dignioris vi-
derentur venerationis. Arg. læ, populus minoris Africæ regionis
Cyrenaicæ, cum ſtolide tantum naues deos putarent, per eas de-
ierabant, ſicut & eas conſulebant per oracula, & precabantur,
*Pompo. Mela. li. 1. de ſitu orbis. c.* 8. Veteres alii iurabant per braſicā,
Zeno Citiens per Capparim, *Atheneus, li. 9. Dipnoſophi, ca.* 1. ¶ † A- 22
pud Platonem & iurat Socrates per Canem, *Plato in Hippia maio.*
iurabat & per Anſerem & Platanum, non quod ea deos putaret,
ſed ne per Deum iurare cogeretur, vt ait Apollonius Tyanæus a-
pud Philoſtratum, *li. 6. de eius vita.* ¶ † Putabant idololatræ iura- 23
mentum Stygis paludis vt fingebant inferorum, diis ſuis ſtupen-
dum, omnibuſq; venerandum, vt eſt apud Apollo. Rhodium, *lib.*
*2. Argonau. pag. 65.* Et apud Virgilium,

*—Stygiamq; paludem*
*Di cuius iurare timent, & fallere numen.*

Et apud Heſiodum in Theogonia. Et apud Auſonium.

*Quæq; piat diuum periuria nocticolor Styx.*

Et apud Homerum ſæpe, qui & vocat hoc iuramētum magnum,
vt Odyſſea 2. & 5. ¶ † Iurabat Achilles contendens cum Agamē- 24
none, per ſceptrum gladio decorticatum, quod folia amplius nō
fouebat, quod portabant Iudices, reges, & qui leges a Ioue hauſe-
rant, *Homer. Ilia.* 1. Magnum iuramentum Æthiopibus iurare per
cineres maiorum, in vtribus ſepultorum, *Diodo. Sicul. lib. 4. cap. 1.*
¶ † Iurabat Cyrus rex Lyſandro apud Xenophontem, *in œcono-* 25
*micis.* per Mythram, per magnū numē Perſarum, præcipue quod
ita ſecundum Suidam ſol illis dicitur. Heſychius tradit Rhada-
mantēia eſſe iuramenta, per canem, per anſerem. ¶ † Iurabāt Py- 26
thagorici per quaternarium numerum, tanquam ſummum, quo
fides nitatur & credulitas firmari poſſit: iuramentumq; hoc habi-
tum fortius, vt ait Ioachimus Rhingerbergius li. de ratione ſtudii,
eo quod fere apud omnes gentes nomen Dei ſit fere Tetragram-
maton. Dicunt enim Ægyptii Deu Θεύθ: Arabes, Alla: Perſæ, Sire:
Magi, Orſi: Mahumetiſtæ, abgd: Græci, Θεός: Tuſci, Eſar: Latini,
Deus: Galli, *Dieu:* Hebræi, Ioua. Eratque huius iuramenti forma:

*Iuro ego per ſanctum pura tibi mente quaternum,*
*Æternæ fontem naturæ, animiq; parentem.*

Et apud Virgilium Æneas ſic Didoni iurat,

Per

*Per ſydera iuro, & ſuperos. &c.*
Et apud Ouidium, 2. *Triſtium.*
*Per mare, per terras, per tertia numina iuro.*
*Per te præſentem, conſpicuumq; Deum.*
Et alibi, *idem in Phyllidis 2. epiſto.*
*Per mare, quod totum ventis agitatur & vndis.*
*Per quod ſæpe ieras per quod iturus eras.*

27 ¶ † Deierauit per nomen Druſillæ ea mortua Caligula, *Suet. in*
*Calig. c. 24.* Deierauit nunquam Alphonſus Rex Hiſpaniarũ, niſi
per eſſe patris, *Ant. Panor. lib. 4. de dict. aut fact. Alphon. c. 41.* Ægy-
ptii in iureiurando, allium & cœpas habebant pro diis, *Plin. li. 19.*
*c. 6.* Quibus ait Iuuenalis.
*Porrum & cæpe nefas violare, & frangere morſu.*
Iurauit Nabuchodonoſor per thronum & regnum ſuum, *Judith.*
1. Ioſeph per ſalutem Pharaonis, *Geneſ.* 41. Vrias Etheus per ſalutẽ
Dauidis Regis, & ſuam iurauit, *2. Reg. 11.* Permiſit quoq; lex ciuilis
per ſalutem Principis iurare, *l. ſi duo patroni, §. fi. de iureiur. P. l. 2. de*
*reb. cred. C.* Fuit tamen Tyberius Cæſar adeo popularis, vt ſicut
nihil de natali ſuo prætor alios fieri permiſit, ſic neq; per ſuã for-
tunam iurare permiſit, neq; ſi quis eam iuraſſet, ac periurii reus
28 haberetur, id perſecutus eſt, *Dio Caſſ. li. 57.* ¶ † Per genium quoq;
Principis in iure ciuili iuratum inuenio, bonum puto, *l. ſi duo pa-*
*troni, 13. §. fi. de iureiur. P.* id eſt, ſpiritum cuſtodẽ. Non enim igno-
rarunt etiam ethnici, eſſe nobis Angelum bonum cuſtodem &
malum inſidiatorem, quos ipſi vocarunt bonum & malum geni-
um. Et Plutarchus refert in Bruto, malũ genium apparuiſſe Bruto
in Aſia, vide & de his Alex. ab Alexandro, libro 6. Genial. dier. c.
4. Commeminit & de eo iureiurando Tertullianus ad Scapulam
libro. *Sed*, inquit, *iidem ipſi qui per genios eorum in pridiem vſq; iu-*
*rauerant. de quo D. Matth. c. 19. ibi Angeli illorum, vide de cuſto. iis*
*quæ tradit Heſiodus, in Ergis, Plato in Craty. & Tymeo D. Augu. de*
29 *ciuit. Dei li. 9. c. 11. & ibi Ludouic. Viues.* ¶ † Permittebat & ius ci-
uile iurare per ſalutem ſuam, per caput ſuum & filiorum ſuorum,
*l. non erit ratum, de iureiur. P.* Et per id omne quod quis poſtulaſſet
ſibi iurari, *l. 3. §. fi. & l. qui per ſalutem, eod. tit.* & illud iuramentum
Prætor ratum habebat, *l. non erit ratum, 5. eo.* Iurauit Iacob per ti-
morem Iſaaci patris ſui, cum pactũ iniuit cum Labano, *Geneſ.* 31.
Iurant monachi per verbum, *crede mihi, gl. ad l. qui ſub conditione,*
*ad ver. ad ſuperſtitionem, de condi. Inſti. P. gl. in l. non erit ratum, § ſed*
30 *ſi quis, ad verb. religionis, de iureiur. P.* ¶ † Vetitum nunc optima
ratione Chriſtianis eſt, vt olim Iudæis a Deo, ne iurẽt per nomina
falſorum Deorum, *Leui. 5. Deuter. 5. & 10. Exod. 23. Qui iurat in*
*terra*, inquit Iſaias, *iurabit in Deo, Iſaiæ, 65.* Vetitaq; ſunt iuramen-
ta improbatæ religionis, *d. l. non erit ratum, §. ſed ſi quis detulerit.* Et
duplici pœna, qui per ea iurauit puniendus, *c. mouet. 22. q. 1.* Iuratũ
antiquis, viuit dominus, & viuit anima mea in neceſſitate, *Hiere.*
*4. c. & iurabunt, 22. q. 1.* Nam ad ornatum iurare etiam per Deum,
ſine neceſſitate, blaſphemare eſt, *l. fi. de reli. & ſumt. fune. C. c. ſi quis*
*per capillũ*, 22. *q.* 1. D. Paulus 2. ad Corn. 11. iurat. *teſtis eſt mihi Deus*
*quod non mentior.* Sufficit Dei auctoritas ad omnimodam confir-
mationẽ, veluti & præſentia Principis temporalis ſupplet omnẽ
auctoritatem, *l. omnium, C. de teſta.* Et Deus per ſemetipſum iura-
uit incredulis, & vt fidem faceret, *Geneſ.* 22. quia maiorem ſe non
habebat per quem iuraret, *D. Paulus ad Hebræ. 6. ca.* In primitiua
eccleſia, iurarunt Chriſtiani, vt D. Paulus, *c. ſi peccatum, 22. q. 1. te-*
*ſtis eſt mihi Deus, & teſtis anima mea.* Moderniorum, ſic, *vel te*
*Deus adiuuet, c. ab iſto die. in 2. 35. q. 6. vide cap. de parentela, 35. q. 6.*
Prohibitum autem eſt iurare, per creaturas, per cœlum, per terrã,
*D. Matthæ. 5. D. Iaco. 5. vide c. D. Matt. 23.* Iurabant & Iudęi vt ple-
rumq;, *hæc faciat mihi Deus*, & hæc addat, vt 2. Reg. 3. Apud Ale-
manos, ex lege vidua iurabat in pectus ſuum, de donatione facta
ſibi a marito, vt illa ſuæ eſſet poteſtatis, & dicebatur hoc Alema-
nis *Nacſchait*, in legibus Alema. tit. 57. §. 3.

## De Viribus & Effectu iuramenti. Cap. 5.

1 *Iuramentum maximi ponderis inter homines.*
*Seruandum niſi officiat ſaluti, vel proximo, & aliis exceptis. Eius auctoritas rei iudicatæ, & tranſactionis, nu. 2. & 3.*
4 *Iuramentum litis conteſtatæ vim habet, alioſq; effectus.*
5 *Iuramentum cur maximas vires habeat, & nu ſeq.*

1 DE † viribus iuramenti & effectu plura habeo quam dicturus
ſim, eo quod exſtat libellus ſatis vulgaris eius tractationis,
compoſitus per A. Petrutia. Pauca itaq; tantum leuiter attingam.
Demoſthenes in Bœotum ὅρκος μέγιστος δοκεῖ καὶ δεινότατος παρὰ
πᾶσιν ἀνθρώποις εἶναι. id eſt, *Iuſiurandum maximum & potentiſſimũ,*
*apud omnes homines eſſe cenſetur.* Et rurſum, contra Ariſtocratem,
τὸ εὐορκεῖν περὶ πλείστου πᾶσιν δεῖ ποιεῖσθαι. id eſt, *bene iurare, vt plerũq;*
*hominibus maxime faciendum eſt.* ¶ † Idq; omnibus fere gentibus 2
perſuaſum eſt, quod præcipit Pythagoras σέβου ὅρκον, *iuſiurandum*
*venerare.* Hoc enim iubetur omnimodo ſeruari, cum neq; tutum
cenſeatur venire contra iuramentum ſuum, niſi vergat in interi-
tum ſalutis æternæ, vel detrimentum proximi, *c. ſi vero & ca. cum*
*contingat, de iureiur. c. quamuis, de pact. in Sex.* Docebit te Gellius
7. li. c. 18. & Cicero 3. officio. iuſiurandum apud Romanos ſancte
& inuiolate habitum: niſi extra iuſtitiam, & veritatẽ ſit, *c. etſi Chri-*
*ſtus, de iureiur. c. 4. Hieremiæ, can. & iurabunt 22. q. 1.* ſi non extor-
tum vi, dolove, *d. c. cum contingat, de iureiur.* nec ſit temerarium,
*c. tua nos, eo.* aut illicitum, *c. cum quidam, c. quanto eo. c. 1. eod in Sex.*
*c. 1. 2. 3. 4. & c. inter cetera, 22. q. 4.* in quibus facile abſolutio fit, *ca. 2.*
*& c. verum, de iureiu.* ¶ † Auctoritatem legitimum iuramentum 3
habet rei iudicatæ, & tranſactionis, & maiorem etiam, *l. 1. & 2. eo.*
*P.* atq; delato iureiurando, nihil aliud quæritur, quam an iuratum
ſit, remiſſa quæſtione an debeatur, tanquam re ſatis probata, *l. nõ*
*erit ratum, §. 1. & l. ſed & ſi § fi. l. duobus reis, 28. § fi. & l. eum qui, 30.*
*§. ſi mulier, de iureiur. P.* excluditq; actionem intentatam a iurãte,
& ab illis qui ei ſuccedunt, *l. ait prætor, 7. l. etiam 8. & l. 9. §. 1. de iu-*
*reiur.* non tamen aduerſus alios. ¶ † Alius effectus, vt litis conte- 4
ſtatæ vim habeat, *l. nam poſtea, 9. § fi. & l. quia non debet, 10 l. ſed etſi,*
*11. § fi. l. idem eſt, 12. de iureiur. P.* & ſi iuratum eſt dari oportere in
temporalibus actionibus, iuramentum impedit ne lapſu tẽporis
ſequatur liberatio. Et ne pręſcriptio fiat, perinde ac ſi lis conteſta-
ta fuiſſet, *d. l. nam poſteaquam § ſi is qui temporali, eod. P. l. ſi duo pa-*
*troni, 13. § Iulianus, eod. titu.* Habet interdum delegationis & no-
uationis vim, *l. qui iuraſſe, §. fi. eo.* vt alibi diximus. In quibuſdã caſi-
bus & habetur pro plena probatione, de quibus vide Iaſonem, in
repetitione l. admonendi, num. 260. de iureiur. Facit & adiectum
actui, vt is valeat meliori iure quo valere poteſt, vide Iaſonem in l.
ſtipulatio iſta, § ſi quis ita, num. 24. de verb. oblig. P. Habet & vim
clauſulæ ſpecialis derogationis ad clauſulam quæ erat in præce-
denti teſtamento. Idem Iaſon, in l. ſi mihi & tibi, §. in legatis. num.
14. de lega. 1. Et in diuiſione iuramenti ſupra docuimus, iuramen-
tum firmare promiſſiones, & conuentiones, inducere obligatio-
nem, purgationem, & alia plura. ¶ † Hæc autem omnia ſuadent, 5
primum fides, quæ geminata eſt & bis data in iuramento. Per ſe
autem illa ſatis firma & ſimplex, *l. 1. de pact. P. l. 1. de conſt. princ. P.*
*cum ſimil.* multo magis & cogitate confirmata. Omnis cõtrouer-
ſiæ hominum finis ad confirmationem eſt iuramentum, *D. Paul.*
*ad Hebr. 6.* Duplicatio ſecuritatis, inquit D. Cyrillus Hieroſoly.
Archiepiſcopus, *Cyrill. Cathec. 11. Illuminato.* eſt hic modus, cum
voluntati iuramentum accedit, vt propter duas res incommuta-
biles, quibus impoſſibile eſt Deum mẽtiri, fortiorem habeamus
fidei conſolationem. ¶ † Accedit Dei numen, qui inuocatur, & 6
quem decipere nemo poteſt, nec impune contemnere, *l. 2. de reb.*
*cred. C.* vt docebimus in periurio eodem Deo fauente. Neq; ſan-
ctius quippiam iuramento videtur in firmanda fide: vt & Bacchis
ad Lachem ait, *in Hecy. Terentii, actu 5. Sec. 1.*
*Aliud ſi ſcirem qui firmare apud vos meam poſſem fidem*
*Sanctius quam iuſiurandum, id pollicerer tibi Laches.*
Quare maxime huic fidebant olim homines, vt inde Lyſander
Lacedæmonius, dux verſutus multiplex, & ſubdolus malitiæ ſuæ
argumentum acceperit, qui ſolebat dicere, vbi leonina pellis non
ſufficeret, ibi vulpinam eſſe aſſuendam, & iubebat, pueros quidẽ
taxillis, homines vero iureiurando fallere, *Pluta. in Lyſandro Æ-*
*mil. Prob. in eiuſdem vita, Cic. 1. Offic.* Cum tamen nos numinis re-
uerentia ſaltem a periurio abſtrahere debeat: & metus, ne Deus
vlciſcatur propriam iniuriam. Sicq; interdũ ſolus metus Dei etiã
retinet, quos fides promiſſa non retineret, *Theodericus Gothorum*
*rex li. 2. Vari. Caſſiodo. epi. 5.* Plutarchus Lyſandri dictũ, libro 1. de
Alexandri fortuna, Dionyſio Tyranno adſcribit. Διονύσιος ὁ τύραν-
νος, inquit, ἐκέλευε τοὺς μὲν παῖδας ἀστραγάλοις, τοὺς δ᾽ ἄνδρας ὅρκοις ἐξα-
πατᾶν. id eſt, *Dionyſius Tyrannus iubet, pueros quidem talis: viros ve-*
*ro, iuramentis decipere.*

## De Periurio, & eius Pœna generaliter. Cap. 6.

1 *Periurium quid, & eius cum mendacio (cuius octo ſunt ſpecies) affinitas.*
2 *Iuratio falſa, an periurium ſit.*
3 *Iuramenti promiſſorii periurium quam pœnam admittit.*
4 *Dubium pro certo affirmare, periurium: & dubium quid.*
5 *Periurii pœna, diuina, & canonica.*

6 *Peierandum non eſſe iubent Ethnici etiam.*
7 *Iuramenti contemti mala plura.*
8 *Periurus lædit Deum, & homines: & ideo vtriſq; pœnas debet.*
9 *Periuriorum diuina pœna nu 10. & 11.*
12 *Periuria ab hominibus punita. & nu ſeq. 13. & 14.*

1 PEriurium,† eſt mendacium iuramento firmatū: vel iuramen-
ti promiſſorii indiſcreta promiſſio, *Tract. hoc in 3. lib. ſent. ē. diſt.*
*39. a Bal. in l fin. C. de reb. cred.* Et toties quis incidit in periurium,
quoties venit contra iuramentum, *c. 1. & 2. 22. q. 1.* Mendacii octo
conſtituuntur ſpecies, in c. primum eſt, 22. q. 2. Non mentitur qui
animum fallendi non habet: nec qui ſuperiori cauſſa impeditus
non potuit iuramentum exſequi, *c. Beatus Paulus, 22. q. 2.* Et Ci-
cero, 3. *Officio. Non falſo iurare, peierare eſt: ſed quod ex animi tui*
*ſententia iuraueris ſicut verbis concipitur more noſtro, id non facere*
*periurium eſt. Scite enim Euripides, Iuraui lingua, mentem iniuratā*
*gero.* Et rurſum pro Q. Roſcio Comœdo, in ſumma. *Quid intereſt*
*inter periurium, & mendacium? Qui mentiri ſolet, peierare conſue-*
*uit. Quem ego inducere poſſum vt mentiatur, vt peieret exorare faci-*
*le potero. Nam qui ſemel a veritate deflexit, hic non maiore religione*
2 *ad periurium quam ad mendaciū perduci conſueuit, &c.* ¶† In falſa
iuratione, num periurium ſit, inſpiciendum eſt, an falſum ſit ex
parte eius rei quę iuramento aſſeueratur, vt ſi quis putet verū eſſe
quod falſum eſt, & iuret: in quo nullum eſt iurantis peccatum, ſi
omni diligentia adhibita credat eſſe verum, *c. homines, & ſeq. 22. q.*
2. Si quis enim aſſeueret aliquid falſum, dummodo id non faciat
contra conſcientiam, non peccat, *c. 1. de ſcrutinio in ordi. facien.* niſi
ignorantia eſſet craſſa & ſupina iuris vel facti, quo caſu eſt pecca-
tum mortale, & inexcuſabile, *l. neq; ſupina, l. regula, §. ſed facti, de*
*iur. & fact. ignor. P. l. ea quæ, de contra. emt. P.* Aliquando falſum eſt
ex parte eius tantum qui aſſeuerat & iurat: cum quis verum eſſe
iurat, quod tamen credit eſſe falſum, & hic dicitur fallere alium, *c.*
*homines, 22. q. 2.* Aliquando falſum eſt ex parte rei & iurantis, vt
qui falſum, & ſciens eſſe falſum, pro vero iurat: in quo & prędicto
3 caſu qui iurat, peccat, *d. c. homines.* ¶† In ſecunda etiā ſpecie per-
iurii, quæ conſiſtit in tranſgreſſione iurati, diſtinguitur pro pœna
imponenda: num iuramentum ſit de re vel actu faciendo, cuius
obſeruatio delictum habeat, vt tunc iuramentum non ſit ſeruā-
dum, nec eius periurium punibile, ſed potius laudabile, *c. 1. 2. 3. 4.*
*22. q. 4.* contra, ſi ſeruari poſſit ſine diſpendio ſalutis ęternę, *c. ſi ve-*
*ro, de iureiur.* Verum 3. loco, indiſcreta iuratio periurii inſtar eſt, ſi
ſine iudicio fiat, nulla habita conſideratione, an iurandum, an ſer-
uari debeat, vel verum ſit. Et dicit tunc Godofredus, eſſe peccatū,
ſed veniale ſeu venia dignum, periurium, *per ca. vnum orarium, §.*
4 *criminis, 25. diſt.* ¶† Sicut & periurium dicunt interpretes, affir-
mare iuramento quod dubitas num ſit certū. Dubium porro eſt,
de quo inter ſapientes ambigitur, *arg. l. vni. nihil noua. appel pend.*
5 *P.* ¶† Scriptum autem eſt, *Non peierabis in nomine meo*, ait Domi-
nus, *Leui. 19. Matth. 5.* Et, *Ero teſtis velox maleficus & periuris, Ma-*
*lachiæ, 3.* Et alibi, *lex iuſtis non eſt poſita ſed iniuſtis & periuris, 1. ad*
*Timot. 1.* Quia in periurio, fides, iuramentumq; negliguntur, *Cic.*
*de Aruſpic. reſpon.* Periuriis pœnitentia talis imponitur, qualis pro
6 adulterio, fornicatione, & homicidio, *c. fi. 22. q. 1.* ¶† Admonet o-
mnium fere gentium quæ Deum aut aliquam religionem ha-
buerunt, conſenſus, non peierandum: ne vindicta Dei ſequatur.
Phocilides in poemate νουθετικῷ ſeu admonitorio.

μήτ' ἐπιορκήσῃς, μήτ' ἀγνῶς, μήτε ἑκόντι,
ψεύδορκον στυγέει θεὸς ἄμβροτος, ὅστις ὀμόσσῃ. id eſt,
*Ne iuſiurandum viola, nolenſue volenſue:*
*Nam Deus æternus periurum quemlibet odit.*

Euripides circa finem Medeæ,

τίς δὲ κλύει σοῦ θεὸς, ἢ δαίμων,
τοῦ ψευδόρκου καὶ ξειναπάτου. id eſt,
*Quis audiet te Deus, vel dæmon,*
*Periurum & fraudulentum.*

7 ¶† Ex contemtu religionis iuramenti, oriri mala multa antiqui
prodiderunt etiā Ethnici. Et generaliter Heſiodus in Theogonia.

ὅρκον θ' ὃς δὴ πλεῖστον ἐπιχθονίους ἀνθρώπους
πημαίνει ὅτε κέν τις ἑκὼν ἐπίορκον ὀμόσσῃ. id eſt,
*Iuramentum, quod plurimum mortales homines*
*Lædit, quando quiſpiam volens peierauit.*

Et Zacharias, 5. *Maledictio morabitur in domo iurantis in nomine*
8 *meo mendaciter.* ¶† Periurus duos potiſſimum videtur lædere &
offendere, Deum & hominem: & ſi de iudicio agatur, aduerſariū
quoq; & Iudicem. Et proinde pœna pro reparatione admiſſi, &
Deo & hominibus luenda eſt. Quod videtur Ariſtoteles voluiſſe,
dum ait, nemo vellet peierare cum diuini ſupplicii metu, tum de-
decoris apud homines, *Ariſtot. Rheto. ad Alexand. vbi agit de iure-*
*iur.* Referam quaſdam, exempli cauſſa, pœnas diuinitus periuris
inflictas, & alias ab hominibus, & pro reparatione læſi hominis.
Nemo inquit Plato li. 11. de legib. Deo inuocato mendacium di-
cat aut decipiat, aut adulterare verbo vel re quicquam audeat, niſi
Deo velit odio eſſe, cui quidem primum odio eſt, qui falſo iurans
Deum parui pendit: deinde qui coram maioribus ſe mentitur. Et
Philo Iudæus, lib. de iuramento. Significarunt Meſſenii idipſum
inſcriptione cuiuſdam columnæ, ſiquidem tempore Ariſtome-
nis, columnam vt Caliſtenes memorat in templo Iouis Lycii po-
ſuere, in qua hoc Epigramma erat inſcriptum.

*Inuenit tandem tempus impio regi pœnam,*
*Inuenere Meſſenii proditorem duce Ioue.*
*Difficile eſt latere Deum periurum hominem.*

¶† Salua rex Iupiter, & Archadiam ſerua, vt ait Polybius 4. li. hi- 9
ſtoria. Audiamus primum Heſiodum, is enim ait, *in Ergis & dieb.*
*lib. 2. verſu. 38.*

πέμπτας δ' ἐξαλέασθαι, ἐπεὶ χαλεπαί τε καὶ αἰναί.
ἐν πέμπτῃ γάρ φασιν ἐριννύας ἀμφιπολεύειν
ὅρκον τιννυμένας, τὸν ἔρις τέκε πῆμ' ἐπιόρκοις. id eſt.
*Quintas*, ſcilicet dies menſis cuiuſque, *euitato: quia difficiles*
*ſunt & graues.*
*In quinta enim aiunt, Furias obambulare,*
*Periurium vindicantes, quod malum cōtentio genuit periuris.*

Et rurſum alibi, *Idem in Theogo. verſ. 795.*

ὅς κεν τὴν ἐπίορκον ἀπολείψας ἐπομόσσῃ
ἀθανάτων οἳ ἔχουσι κάρη νιφόεντος ὀλύμπου,
κεῖται νήποινος τετελεσμένον εἰς ἐνιαυτόν.
οὐδέποτ' ἀμβροσίης καὶ νέκταρος ἔρχεται ἆσσον
βρώσιος, ἀλλά τε κεῖται ἀνάπνευστος, καὶ ἄναυδος,
στρωτοῖς ἐν λεχέεσσι κακὸν δ' ἐπὶ κῶμα καλύπτει
αὐτὰρ ἐπεὶ νοῦσον τελέσῃ μέγαν εἰς ἐνιαυτὸν,
ἄλλος δ' ἐξ ἄλλου δέχεται χαλεπώτατος ἄθλος·
ἐννεάτες δὲ θεῶν ἀπομείρεται αἰὲν ἐόντων,
οὐδέποτ' ἐς βουλὴν ἐπιμίσγεται, οὐδ' ἐπὶ δαῖτας
ἐννέα πάντ' ἔτεα, id eſt:
*Quiſquis periurium relictis iurauerit*
*Immortalibus qui tenent verticem nimboſi cœli,*
*Iacet exſors integrum per annum,*
*Nec ad nectaris vel ambroſiæ proprie accedit*
*Cibum ſed iacet non reſpirans ac mutus*
*Stratis in lectis, morbus autem veternus obtegit,*
*Aliud ex alio accipit difficillimum certamen,*
*Nouennio autem relegatur a ſempiternis.*
*Neq; vnquam ad conſilium ineundum commiſcetur,*
*Nouem totis annis.*

Alias etiam diuinas idem adfert in Ergis, li. 1. verſi. 266.

ὃς δέ κε μαρτυρίῃσιν ἑκὼν ἐπίορκον ὀμόσσας
ψεύσεται, ἐν δὲ δίκην βλάψας νήκεστον ἀάσθη.
τοῦ δέ τ' ἀμαυροτέρη γενεὴ μετόπισθε λέλειπται.
ἀνδρὸς δ' εὐόρκου γενεὴ μετόπισθεν ἀμείνων, Id eſt:
*Qui vero teſtimoniis volens periurium in iurando,*
*Mentietur, in ius delinquens, immedicabiliter læſus eſt:*
*Eius vero poſteritas obſcurior poſtea relicta eſt.*
*Viri autem iuſti poſteritas & genus apud poſteros præſtantior.*

Videtur mutuatus ipſum a lege diuina Heſiodus, nā Zachari-
as ait, *ca 5. Maledictio commorabitur in domo iurātis in nomine meo*
*mendaciter: & commorabitur in medio domus eius & conſumet eam*
*& ligna eius & lapides eius.* ¶† Narrat Ariſtoteles, *libr. de mirabil.* 10
*auſcultat.* de diuina vindicta periurii, quæ fit in fonte Palico. *Eſt*
*fons, inquit, in Palice Siciliæ, amplitudine declaclini aquas ad ſex cu-*
*bitorum altitudinem eiicit, vt inundaturus planitiem omnem vi-*
*deatur, verum eodem loco diffluens conſiſtit. Porro iureiurando hic*
*ſacer haberi ſolet. Quæ enim cumq; libet tabellæ inſcribunt, inq; fon-*
*tem abiiciunt. Ea ſi vero iureiurando confirmentur natans in ſuperfi-*
*cie tabula teſtabitur: ſin ſecus, velut pondere depreſſa eripitur ex ocu-*
*lis, igneq; corripitur periurus. Quocirca fideiuſſorem capit Sacerdos,*
*qui iuſti numinis vindicta ſacrum, exſecrandumq; ſi peierarit, aſpor-*
*tet.* ¶† Hæc Ariſtoteles. Apud Corinthum etiam ædificium erat, 11
quod Adytum nominabant, quia erat ſubterraneus cuniculus,
vbi Palæmonem latere arbitrabantur: in quem quicunque ſiue
extraneus, ſiue Corinthius deſcendiſſet, periurii pœnas luebat,
*Pauſanias in Corinthiacis.* Non immorabor in miraculis quę quo-
tidie Deus exſerit in periuros adactos ſolemniter iurare, in ara

Crucis,

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Crucis, vel in templis, per diuorum potiſſimum Sancti Antonii Lypſana: nulla enim eſt inter Chriſtianos vel muliercula, vel puer, qui ea non nouerit, & ſæpe periuros igne ſacro cõfici. Deus enim armat etiam creaturas in eos, qui numẽ ſuum, maxime ex profeſſo contemnunt & blaſphemant peierantes. Vt certe dignum ſit quod referatur exemplũ Polemarchi, qui cum periurio claſſem Corinthiorum euaſiſſet, vt ferunt Locri, quoties noctu ſomnum caperet, a muſtelis mordebatur. Et tandem deſpondit animum, & mortem ſibi conſciuit, *Hieracli. in Paulitiis, & Politia Locrenſ.* Et vt ait Tibullus, *in* 1.

*Hah miſer & ſi quis primo periuria celat,*
*Magna tamen tacitis pœna venit pedibus.*

Et Homerus, *Iliad. γ.*

*Iupiter omnipotens clariſſime maxime diuum*
*Inſpiſſans nubes, habitans palatia Cœli,*
*Et tu Sol qui cuncta vides audiſq; per orbem,*
*Et Fluuii, & Tellus, & qui periuria ſubtus*
*Omnia punitis hominum, qui falſa loquuntur,*
*Vos mihi vos teſtes, huc adiuro, &c.*

Omittam reliqua exempla diuinæ vltionis periuriorum, ne lõgior ſim in vulgaribus hominum: doceo quoque fuiſſe curam ne ea inulta abirent, fere omnium gentium conſenſu quæ Deum nõ
12 contemni paſſæ ſunt. ¶ † Et diſplicere exemplis & facto periuria ſibi docuerunt. Vt & in O'ympię βυλδτηείῳ ſeu Senatu fuerit ſanctiſſimum ſimulacrum Iouis cognominati, Iupiter ὅρκιος, quod vtraq; manu fulmen continebat, quaſi vlturus omnino fulmine eum qui falleret & violaret iuramentum, vt auctor eſt Pauſanias, *in Eliacis.* Apud Indos falſus teſtis extremis digitorum decurtatur articulis, *Ioan. Bohe. lib. 2. morum omnium gentium, c.* 8. Germaniæ etiam idem comprobatum, *in conſti. cauſſarum capitalium Caroli*
13 *V. Imperato. arti.* 107. ¶ † Apud Ægyptios vero periuri capite plectebantur, tanquam qui duplici tenerentur ſcelere: vt qui pietatẽ in Deum violarent, & fidem inter homines tollerent, maximum ſocietatis humanæ vinculum, *idem Bohemus, lib.* 1. *ca.* 3. In legibus Caroli Magni capitularibus, c. 10. qui periurium fecit nulla redemtione immunis eſt, niſi manum perdat. Idipſum in legibus Langobardicis ſtatutum, li. 2. tit. de periur. in l. 2. Caroli Magni, & l. 3. Pipini. Romę, vt ait Liuius, de ſaxo Tarpeio deiiciebatur. Polybius refert etiam, *ſub fi. li. 6. Epitho.* vnum ex decem captiuis qui poſt victoriam contra Romanos apud Cannas per Hannibalem miſſi erant pro redimendis captiuis, qui iuſiurandum eludere conatus eſſet & fraudulenter euadere, vinctum a Romanis remiſſum eſſe hoſtibus. Aulus Gellius, *lib.* 7. *ca* 18. eadem notat, diſſentit tamen, quod plures ponat & non remiſſos fœdifragos & periuros dicat, ſed a populo contemtos diſcerptoſq;. Et quod eos Cenſores poſtea omnium notarum damnis & ignominiis affecerint. Generalem quendam puniendi periurii modum per vltimum ſuppliciũ & verbera videtur indicare Philo Iudæus, libro de iuramento & religione. *In periuros,* inquit *pœna a Deo & hominibus: a Deo grauiſſima, cum ſcelere contaminatis non ſit propitius, ſed vt impios auerſatur perpetuo. Ab hominibus, quia hoc illi aut morte mulctabãt, aut verberibus.* Erat hic Philo Iudæus, & traditionibus maiorum inhærens, qui tam ſancte iuramentum ſecundum legem diuinam
14 commendauit, & pœna dignum periurium dixit: † vt noſtri ſeculi Iudæorum reliquię, ex putidis ſuis libris Talmudicis haurientes venenũ, ab omni excuſatione propter malitiam extorres ſint, cũ periuriis viam aperiunt: dicunt enim, ille qui frangit iuramenta promiſſionis, vel vota quæ facit per totum annum, ſi ea vult eſſe ſine efficacia & vi, ſurgat vltima die anni, & dicat: quaſcunq; promiſſiones, iuramẽta vel vota, quę ego facere in toto anno ſequẽte exiſtimo, cauſſa, nullave & vana ſint. Docuit illos id Talmud peſſimũ volumen in parte 3. quam dicunt סדר נשים *ſeder naſcim,* id eſt, ordo mulierum, in מסכת נדרים *maſeceth nedharim*, id eſt, tractatus votorũ, qui eſt tractatus 3. tertiæ partis Talmud, habens vndecim capita. Illud autem ſcribitur in illo tractatu *nedharim,* c. 4. Atq; qui Iudæorum gerunt nunc nomen, illa lege fruſtratoria votorum vtuntur: veniunt enim ante ſuum Rabinum, quadam die anni, is autem tenet *torat,* id eſt, volumen legis in vlnis, & coram eo dicunt prædicta verba impia, quibus dictis nullũ peccatum ſe committere putant, ſi Chriſtianos fallãt. Et illos hoc ſeruare ſcribit Hieronymus de ſancta fide, ex Iudaiſmo in catholicã conuerſus fidẽ, in tractatu quem confecit ex dictis Talmud. c. 3. & Magiſter Ioannes conuerſus, li. de concordia legum, tit. 4. c. 7.

## De Pœna periurii ſecundum ius poſitiuum, ſcriptum, ciuile, & Pontificium. Cap. II.

1 *Periuri an puniendi iure ciuili.*
2 *Periurorum in iure pœnæ ſcriptæ, & ſeq.*
3 *Infamis quando fiat periurus.*
4 *Teſtimonium non poteſt dicere periurus.*
5 *Beneficium periuro conferri non poteſt, & collocatum adimendum: & talis ad damna reſarcienda damnandus, quæ quis ex eius periurio conſecutus eſt.*

Difficilis † eſt in iure ciuili quæſtio, num periuri puniendi ſint ab hominibus: cum dictum ſit in l. 2. C. de reb. cred. & iureiu. 1
non puniri a Principe, ſed ſatis Deum habere vltorem, quã legem Odofredus intelligendam arbitratur de omni iuramento voluntario, neceſſario, & iudiciali: quia nihil amplius quęrẽdum ſit, quã an iuratum ſit, non etiam an debeatur, *l. non erit ratum, §. dato, de iureiur. P.* Et contra tamen, conueniri pœna non poteſt, quia delictum grauiſſimum, & maius crimen, diuinam quam humanam offendere maieſtatem, *auth. Gazaros, C. de hæret.* Et qui in Deum committunt, etiam Principum legibus puniri debent, *l. 1. in fi. de ſum. trinita. & fid. cathol. l. 1. C. de apoſta. l. Arriani, C. de hær.* Et proinde intelligi debent iura, ne permittãt retractare iurata pretextu periurii, & ita in eo quod peieratum eſt, ſatis Deum periurus vltorem habet: quod pertinet ad religionem contemtam, ſecũdum quoſdam, ſi illud non noceat alteri. Quam communem eſſe ſententiam dicit Iaſon, in l. ſi duo patroni, §. fi. de iureiur. Verum ego exiſtimarem primum, in iuramento delato per conuentionem parti, per quod is conſtitutus eſt voluntarius Iudex, quod pertinet ad deferentem non poſſe repeti periurii pœnam quia ſibi debeat proſpicere, *iuxta l. qui intereſſe, de iureiur. P.* Sed de periurio nihilominus eſſe a Iudice quærendum, vt puniatur qui falſo iurauit, vel peierauit aliter. Neque mihi aduerſari videtur d. l. 2. dum ait, iuſiurandi contemtam religionem ſatis Deum vltorem habere, nec periculum corporis nec crimẽ maieſtatis inducere. Nã inde non ſequitur, nullam pœnam infligi aliam debere. Quinimo cõtra ſic arguo ſatis Deum vltorẽ habet, ergo pœnis a Deo periuris impoſitis puniendus eſt. Et quamuis pœna criminis humanę maieſtatis, vel periculum corporis non imponatur: tamen non prohibetur per illã legem, alias imponi pœnas, quia excluſio pœnarũ corporis & maieſtatis, permiſſio eſt aliarum pœnarum, *arg. l. cum prætor, de iud. P. leg. ex eo, de teſtib. P. l. quæſitũ, §. idem reſponſum, de fide inſtru.* Sic Boerius deciſ. 305. diſputat iuramentũ quidem neceſſarium delatũ a parte parti in iudicio non relinquere quæſtionem poſt ſe periurii, vt ſit litium finis, at in aliis iuramẽtis verum id non eſſe: neq; etiam in neceſſario iure põtificio: ex quo poteſt puniri periurus. Et ibi diſputat quoq; in illa verba, *ſolũ Deum vltorem habet,* idq; fuſiſſime, vt non oporteat ea referre. Et quando iuramentum nulli præiudicium adfert, alii quam peieranti, punitur tantum is in foro animæ, & ſatis Deum vltorem habet: ſed ſi alteri noceat, non retractabitur quidem negotium, excepto caſu l. cum quis, D. de iureiu. quod eſt deciſum ex ſacramento, verumtamen, periurus ſcienter, punitur de periurio, *c. quicunque, 6. q. 1.*
¶ † Itaq; periurus multas pœnas in iure paratas habet: primum, vt 2
qui in præiudicium alterius iurat, extraordinarie arbitrio Iudicis puniatur, pœna criminali, *l. fi. de crim. ſtelli. P.* fuſtigationis, *l. ſi duo, § ſi quis iurauerit, de iureiu. P.* catamidiationis ſeu mitræ, *Iaſ. in d. § ſi quis iurauerit.* in foro conſcientiæ ieiunio quinquaginta dierum, *d. c. quicunq; 6. q. 1.* eademque pœnitentia quæ homicidis & adulteris imponitur, *c. prædicandum, 22. q. 1.* ¶ † Item 2. punitur 3
infamia iuris & facti, *c. infames, 6. q. 1.* potiſſimum in periurio iuramenti conformatorii & promiſſorii, *l. ſi quis maior de tranſact. C.* Et illud dicit etiam Cicero, 2. de legib. *Periurii pœna diuini, exſilium: humana, dedecus.* Hic tamen diſtinguit Panó. in c. teſtimoniũ, de teſtib. num quis de præterito aut præſenti falſo iurauerit, vt ſit tunc infamis ipſo iure periurus, licet falſum iurauerit, *ex l. 1. & fin. de cri. ſtell. P.* Et ſic intelligendum putat c. cum dilectus, in fin. de ord. cognit. Item ſi de periurio condemnatus ſit. Quod ſi iuramẽtum ſit de futuro, & non ſeruauerit, ſiquidem ſibi aut Deo ſolum iurauerit, non fieri ait infamem: ſin autem alii, vt in contractu ſit, infamem eſſe & cadere actione, *d. l. ſi quis maior de tranſa. C. Quod & tractat gloſſ. & Bart. in l. Lucius, de iis qui not. infa.* ¶ † Sed & alia 4
pœna illos ſequitur qui ſemel peierauerint, ne dicere poſſint in poſterũ teſtimonium, *c. paruuli, 22. q. 5. c. quicunq; 6. q. 1. c. teſtimonium. c. ſicut, de teſti. gl. in l. 3. §. lege Iulia de teſti. P.* per regulã, Qui ſemel eſt malus, ſemper talis eſſe pręſumitur in eodẽ genere mali, *vide Alex. conſ. 133. ad c. volu. l. ſi cui, §. hiſdẽ, de accuſ. P. l. Caſſius, de Sena. P.* etiamſi periurus non ſit per ſententiã adhuc condẽnatus, *Bald. in l. ſi vteris, 2. per illã l. C. de fid. inſt.* ¶ † Non valet etiam facta 5

collatio periuro, Inno.in c. conſtitutus,in 2.de appel.Rota deciſ.5.de
iure patron.in nouis Fred.conſi.50 Pano.in c.querelam, & c.cum no
ſtras de cõceſ.præb.Quin & a ſacerdotio remouetur,c.2 & ibi inter.
de reſcrip.Sed ego quoq; in ciuilibus negotiis iuramento deciſis,
iuſtam exiſtimo peierantis eſſe pœnã,vt periurus teneatur reſar-
cire omne damnum quod ſenſit alius ex eius periurio: vt etiã ad
illud damnum poſſit agi ab iis qui paſſi illud ſunt,quod & probat
Ioan.Andreas in c.1.de falſ.Bart.Chaſſan.in §.fi.de retract.10.pœ
na periurii in conſuet.Burg.Et ita falſi quæſtio efficit, ne iuratum
videatur,ſi probetur:cuius cauſſa ſi non reſcindatur negotiũ, ſal-
tem iudex alia arbitraria pœna emẽdabit periurium,vt in l.nullũ,
12.C.de teſtib.aliter vero ſequeretur, vt quis lucrum inde conſe-
queretur,vnde pœna affici debet contra iuris regulas,l.itaq; fullo,
de furt.P.& ex dolo ſuo lucraretur,l.ne ex dolo,de dol.P. aut cũ al-
terius iactura cõtra naturæ ius locupletaretur,c.locupletari,de reg.
iur.in Sex.l.iure naturæ,eo.tit P.l.nam hoc natura,de condict.indeb.
P.Videbis ceteras pœnas apud prædictum Chaſſaneum ad §.fi.ad
ver.ou par le ſermẽt de,n.17.& ſeq.de retract.in conſue.Burg. apud
Iaſonem,in l.ſi duo,in 2.§.ſi quis iurauerit,de iureiu. P. Iuliũ Cla-
rum li.5.ſent.iuris,ti.de periurio.In legibus Georgicis Iuſtiniani,
ti.5.l.6.Si armentarius præſtito iuramento, de luxatione vel lu-
xatione bouis,quod ſua culpa id non acciderit ſine fraude, iſq; de
periurio conuictus poſtea fuerit per duos aut tres idoneos fide
dignos,lingua mutilatus indemnitatem bouis præſtat. In legibus
Salicis,ti.51.de fal. teſti. §. 3. peieraſſe comprobatus,mulcta 600.
denariorum,id eſt,15.ſolidorum,culpabilis iudicatur,excepto ca-
pitali & delatura.

## De Interpretatione, Abſolutione, Nullitate, & Remiſſione iuramenti. Cap. 12.

1 *Periurii euitandi via.*
2 *Diſpenſatio iuramenti quid, & de quibus fiat: cuius auctoritate, & quomodo cum cauſſæ cognitione, nu.3.4.7.& 12.*
5 *Metus quos actus irritet ipſo iure.*
6 *Iuramentum in malis non obligat.*
8 *Iuramenti diſpenſatio olim fiebat ab Imperatore & Prætore, quare nunc tantum ab epiſcopis. An autem illi cuilibet gratiam iuramento facere poſſint, & quando ad ſummum Pontificem eũdum ſit nu.9. dicitur.*
10 *Iuramenti tranſgreſſio & obſeruatio & diſpenſatio, quando ad iudicem laicum pertinere poſſit, & nu.11.*
13 *Diſpenſationis iuramenti finis.*
14 *Iuramentum quando non tranſit in heredem.*
15 *Iuramenti remiſſio quid ſit, quando, & a quo fieri poſſit.*

1 AD † euitandum periurium,recurritur ſæpe ad interpretatio-
nem,aut abſolutionem,aut remiſſionem,aut nullitatem iu-
ramenti.Interpretatio fit,quando iuramentum in dubiis in beni-
gniorem partem torquetur,ne periurii nota incurratur,vt in c.cũ
tu,de teſtib.vel quoties poteſt exceptum a iuramento oſtendi vel
præſumi.Et ita ſecundum interpretationem iuramentum debet
ſeruari.Sicq; abſolutio non eſt petenda, vbi interpretatio locum
habet,gl.in tex.in c.quanto,in ver.abſolui, de iureiur. Exempla ha-
bes in c.veniens,de iureiur.§.item ſacramẽta,de pac.iuram. firm.
in vſib.feud.Item ſi erratur,vt in l.ſi quis pro eo,57.de fideiuſſ.P. Si
ſpe numerationis quis promittat iurato ſe ſoluturum intelligitur
iuratum,ſi mutuo factum ſit,l.fi.C.de non nu pec. Et iuramentũ de
ſeruandis ſtatutis interpretationem accipiet, de poſſibilibus, &
quæ non obuenient libertati eccleſiaſticæ,c.1.de iureiu.in Sex. Et
de ducenda vxore quam ſponſam habent, interpretationem ha-
bet,rebus ſic exſtantibus,c.quemadmodum,de iureiur.Exceptũ &
item in omni iuramẽto ius ſuperioris,c.ad noſtram,c.eam te, eo. c.
ad noſtram,de reſcri.Sic de ſimilibus. Iuramentum porro in foro
animæ,interpretationem accipit ſecundum intentionem iurãtis,
c.humanæ aures,22.q.5.in contentioſo autem,ſtabitur verbis, c.ex
literis,de ſponſal.a quibus non eſt recedendum, priuſquam de cõ-
traria voluntate conſtet,l.non aliter,de leg.3.c.intelligentia, de ver.
ſig.l.proſpexit,qui & a quib.manu.li.non fiant,P.Et cum in poteſta-
te eius qui iurat,fuit latius & ſignificantius verba cõcipere,verba
potius in eum interpretãda ſunt,in l.veterib.de pact. P. l.quicquid
2 adſtringendæ,de ver.obli.¶ † Diſpenſatio ſeu abſolutio iuramenti,
eſt rigoris diſciplinæ relaxatio:tolerãtia quædam criminis, vel ra-
tione temporis,aut perſonæ,intuitu pietatis,vel neceſſitatis, vel
vtilitatis,pro modo euentus rei,c.requiritis,§.niſi rigor, 1.q.7. Ex-
emplum de perſona,in c.tanta nequitia pietatis & neceſſitatis, in
c.ſi qui,& ſeq 1.q.7.Permittuntur aliqua remittunturq; a rigore,
vt maius quoddã & lucrũ accedat eccleſiæ, vt accidit in naufragii
periculo,in quo vrgente neceſſitate & naui periclitante,quędam
in mare iactantur vt cetera ſalua fiant,c diſpenſationes rerũ, 1.q.7.
¶ † De iis vero diſpẽſatio fit,de quib.iuratũ,& quæ teneretur quis 3
ſine diſpenſatione ſeruare. Et ita petitur abſolutio quando iura-
mentũ quidem obligat mero iure,verum ex aliquo capite ſeruã-
dum non videtur æquum. Veluti ſi quando qui ſe obligauit ſer-
uando iuramentum,non peccet:& tamen illi quibus fuit iuratũ,
recipiendo quippiam contra quã ius ſtatuat,peccent, ſcientes o-
mnino ſibi indebita quæ aliena capiunt,vt ait Paul.Caſt.conſ.112.
in 2.part.conſilio.exemplũ pone in vſuris, c.1. c. debitores,de iu-
reiur.in iuramẽto metu extorto,c.2.eo.ti.& in illis rebus in quib.
contractus prohibitus eſt odio creditoris, Bar.in l.ſi quis pro eo, in
4.q.de fideiuſ.P. ¶ † Iuramentum ipſo iure nullum non eget abſo- 4
lutione,in tribus caſibus,ſecundum Felinũ,in c.præterea,nu.35.de
ſponſ.Primus ſi interponatur ſuper actu alioquin ipſo iure inuali-
do,ad ipſum roborandũ, Pano.in c.quãuis,de pac.in Sex & in c.cũ
contingat,col.2.de iureiu.Secundo, quando eſſet coactio præciſa,
idẽ Pan.in c.verum & ibi gl.eo.Tertio in caſib. in quibus annulla-
tur ipſo iure actus,ibi & iuramentum nullum, Archa. conſil.355.
Adde etiam,ſi ſeruatũ in damnum ſalutis faciat æternæ, Fel.in c.ſi
vero,n.4.& 5.de iureiu.vel ſalutis corporalis,gl.2.in d.c ſi vero,eod.
cum ſimi.ibi nota gl.in c.dilectus,quod met.cau gl.in c.veniens,de iu-
reiur.¶ † Notantur actus quos metus irritat ipſo iure a gl.in c.ab- 5
batem,quod metus cauſ.ex metu inquã,qui cadat in conſtantem
virũ,c.ſciant cuncti,de elect.in Sex.c.ſi vero,de iureiu. vide gl.magn.
in c.ſuper hoc,de renunt.Et iuramenta per metum atrocẽ extorta,
nõ obligant vllo modo,c.2.de iureiu.c.vbi,de elect.in Sex. etſi in-
terpretes in c.quamuis,de pact.in Sex.contendãt de hoc: aliis di-
centibus,non obligare omnino:aliis autẽ,valere,ſed facile diſpẽ-
ſatione diſſolui, & relaxationẽ exigi. Et mihi quoq; videtur tuti-
or ſententia poſtrema. Non erit tamen obligatorium contra bo-
nos mores naturales pręſtitum iuramentũ,c non eſt obligatorium,
de reg.iur.l.non dubium,C.de legib.l.ſi quis inquilinos §.fi.de leg. 1.c.
imperiali,25.q.2.In malis promiſſis,iuramenta ſeruanda nõ ſunt,
ſed reſcindenda.¶ † Verum pro malo,quod male iuratum ſit,im- 6
ponenda pœnitentia,vt c.qui ſacramento,& c.neceſſe eſt,22.q.4.
Male iuratum,non obligat etiam iure Pontificio,c.venerabilẽ, de
elect.c.ſi publicus,ca.actione quarta,22.q.4.cum ſimil. eius q.4.imo
magnæ ſapientiæ eſt,reuocare hominem quod male promiſerit,
c.magnæ ſapientiæ c.definitio incauta,22.q.4.Neq; eſt vocãda fides
quæ ad peccatum inuitat,c.ſi ad peccatũ,22.q.4 Et ſi is qui extorſit
iuramentum impium,ſeruari poſtulet,pœna periurii in eũ retor-
quenda eſt, Auth quod eis,de ſecun.nupt.C.Si itaq; ius non ſuſtinet
actum cui adiicitur iuramentum,non poteſt dici valere iuramen-
tum,quod acceſſorium eſt.Et vide late diſputantem, quando di-
ſpenſatio iuramenti fieri poſſit,Panormitanum in quæſt. 2. circa
finem,verſi.Ego autẽ ad totalem materiã, in fine conſiliorum. In
quibus vero caſib.diſpenſatione egemus,neceſſaria eſt ſuperioris
auctoritas,qui cognitionem cauſſæ interponat,c.venerabilem, de
elect.c.magnæ,& ibi gl.de voto.ſi dubium ſit num licitum vel illici-
tum ſit iuramentum:nam ſi illicitum conſtet, non exſpectabitur,
arg.l.quæ ſub conditione,§.ſi de condi.inſt.Sed aliter non licebit ve-
nire contra propria iuramenta,vel fraude extorta, Ioſue,c.9.c.inter
cetera,§.ſed ſuper his,& c.ſeq.22 q.4.ſine crimine periurii,c.prædi-
candum,122.q.1.c peruenit,de fideiuſ.c.& ſi Chriſtus,de iureiu.c.cũ
dilectus,de tempo.ordin etiamſi quoq; per dolũ præſtitũ eſſet iura-
mentum,vel temerarie,vt notat Innoc.in c. venerabilẽ,de electi.
Felinus in c.præterea,n.35.de ſponſa. Quod explicat & reſtringit
eo.Felinus n.36.niſi immineat neceſſitas, quia nõ poſſit ſuperior
haberi ad abſolutionẽ faciendã:vel niſi aliqua magna ſubeſſet vti-
litas ſpecialis:quod vltimũ etiam placet Innocẽtio, diſplicet autẽ
Hoſtienſi,propter c.magno,ne cle.vel mona. At Cardinalis com-
probat,ſi vtilitas comparatur neceſſitati,& talis ſit cui veriſimili-
ter ſuperior diſpenſaret:tunc enim etiã illicita alioquin permit-
tũtur,vt in l.ait prætor,§ ſi debitorẽ,de his quæ in frau.cre gl.in l.nul-
lus,C.de Iudæ.l.ſi quis in tantam,C.vnde vi gl.in c. ius gentiũ,1.diſt.
¶ † Et ita ego probo.Fiebat olim ſacramenti ſeu iuramenti diſpẽ- 8
ſatio a Prætore vel Imperatore,vt in l.fi.ad municip.P.apud Sue-
tonium Tranquillum in Tyberio,c.35.Quod apud Ethnicos Im-
peratores,tantũ fuit receptũ:apud quos antequã veram religionẽ
Chriſtianam amplecterentur, ipſi etiã pontificatũ ſummum ge-
rebant,& inaugurabantur omnibus eius falſę religionis ſacerdo-
tiis,non alia de cauſſa, quam vt omnes religiones & ſacrificia in
ſua haberent poteſtate, Dio.Caſ.li.53.hiſt.Erat & ante Imperato-
res,Rex Romanorum curans ſacrificia, Dio Hali.in 2.vnde pulſis
Regi-

Regibus,relicta eſt ſpecies & imago eius,& Rex ſacrificulus adie-
ctus, *Feneſt.de ſacerdo c.11.Liu.in 2.Dion.Hal.in 5.* Vt olim etiã Sa-
muel & Moyſes curabant ſacrificia, & populũ, donec ſecreta eſt
dignitas Pontificalis a ſacerdotali, & diuiſum imperiũ animarum
& corporum,duoq; gladii & duę poteſtates diſtinctæ,*c.imperium
veſtrum*,10.*diſt.* Proinde cum iuramentũ ſit mere eccleſiaſticũ vt
quis ab eo liberetur,nõ ad laicos vel Imperatores,ſed ad epiſcopũ
recurrẽdum eſt,*c.fi.de fo.cõpet.in Sex.* Num autẽ epiſcopus omnia
iuramenta ſoluere poſſit,diſputat Felin.in c.præterea,n.17.& ſeq.
per quinq; concluſiones,& ibi alii interpretes.de ſponſalib. Ego
tres referã.Prior Felini cõcluſio, eſt ꝙ ſummus Pontifex de omni
iuramento diſpenſare poteſt per modum cõmutationis diſpenſa-
tionis,& totalis relaxationis:quod pluriũ interpretum firmat ſen-
tentiis,docet & id glo.in c.quanto, de iureiur.in ver.*abſolui*,& ex
cauſſa qualibet iuſta,*c.auctor.15.q.6.c.magnæ,de voto,c.ex nulla c.
1.c.ſuper his,eo.* Itẽ quia in omni iuramẽto eſt excepta voluntas ſu-
perioris,*c.venientes,de iureiu.* Et quod in his quę iuris diuini ſunt,
Summus Pontifex poſſit ſe ex cauſſa intromittere, etiã ſi quis iu-
raſſet ſe non petiturum abſolutionẽ.*Inn.in c.fi.de conſue.Archi.in
c.ſunt quidã*,25.*q*.1.Secunda concluſio vt quando dubiũ eſt,num
iuramentum ſit licitum vel illicitum,nociuum vel nõ,aliquo caſu
vel ſimpliciter,epiſcopus poteſt diſpenſare a iuramento,*c. conſti-
tutis,de teſtib.c.ſi vero.in 1.c.verum.c.cum quidã*, § 2 *de iureiu.c.ſi-
gnificauit,de cenſib.* etſi ſeruari poſſit ſine diſpendio ſalutis ęternæ:
ſi ſeruatũ turpitudinẽ habet,vel pernitioſum exemplum,ita tamẽ
vt diſpenſet tunc epiſcopus per modũ cõmutationis, nõ per mo-
dum totalis relaxationis:niſi eſſet ꝓbabile dubium,an eſſet cõce-
denda abſolutio vel non,quo caſu alius quã Summus Põtifex aut
eius legatus,non poteſt abſoluere,*c.venerabilẽ in gl.incip.talimo-
do,de elect.* Cõtra poteſt,ſi ꝓbabiliter appareret, dandam eſſe ab-
ſolutionem:veluti quod præſtitũ eſſet iuramẽtum per metum &
dolum,quia tunc abſoluit,*c.ad aures,& ibi gl.de eo quod met.cau.c.
cum inter,de renuntiat.vt in c.cũ contingat,de iureiu.c.2.de reſt.ſpol.*
10 ¶ † Tertia concluſio,vt Iudex ſecularis nequeat relaxare iuramẽ-
tum,vel de eius materia iudicare,*gl.in c.venerabilẽ,in ver.periurii,
de elect.gl.in c.cum ſit,de fo.compe.in c.præiudicandum,22.q.1.Fel.in
d.c.præterea,n.28.de ſponſalib.* niſi ageretur vel exciperetur in foro
contentioſo de ipſo iuramento, non diſputando de eius vinculo
an ſit licitũ necne,ſed de eius obſeruãtia: quia tunc iudex ſecularis
& eccleſiaſticus,quilibet in ſuo foro de eo poteſt eſſe Iudex.Vt vi-
debis de ſeculari,in c.licet,de iureiu.in Sex.de eccleſiaſtico,in c.fi.
de foro compe.in Sex.Atq; de tranſgreſſione,vterq; Iudex quoq;
erit cõpetens,can.rex,23.q.5.c.nouit,de iud.Sic & Iudex ſecularis
poteſt cõpellere aduerſarium remittere iuramentũ turpe vel ini-
quũ,*vt in c.1.de iureiu*,quod dicunt *conſentir a ſon abſolution*.Fred.
conſi.166.Ludo.Rom.ſing.508.Quia cum Iudex laicus cõpetens
ſit ad cogendum ſeruare iuramentum *c.licet,eo.in Sex.* erit & cõ-
11 petens vt iubeat conſentire aduerſarium abſolutioni. ¶ † Cogno-
ſcit etiã ſecularis Iudex,ſi periuriũ quis incurrat. Lud. Rom. ſing.
430.Quia & lex ciuilis imponit pœnam vt diximus periurio,*l.1.ad
Sena.Turp.l.ſi quis maior,de tranſact.C.cum ſimil.* Igitur poterit &
declarare.Cognoſcet etiã de nullitate abſolutionis factæ per ec-
cleſiaſticũ.Sed & notãdum illud quod ſingulariter addit Felinus,
*in d.c.præterea,n.31.de ſponſ.Pet.Anch.conſ.375.Io.And.in c.in iure,
de offi.dele.per c.1.de off.ord.* interdum nullũ eſſe iuramentum vt ſi
appoſitum ſit ſuper cõtracta ſimulato,& tunc cognitio huius iu-
ramẽti per modum nullitatis,non eſt proprie relaxatio, quæ epi-
ſcopi eſt,*d.c.præterea,n.31.* ſed declaratio nullitatis,quæ Iudicis eſt
laici,*l.emt.plus val.quod agit.C.* facit l.fi.C.de non n.pec.Bal.quoq;
hoc notat,in l.1.in fi.1.col.verſi.modo ſolet dubitari,& in l.nec pa-
12 tronus,C.de oper.libert. ¶ † Ceterum diſpenſatio iuramẽti,cum
cauſſæ cognitione fieri debet,*gl.in c.non eſt de voto,Gui.Pap.deciſ.
225*.Quamobrẽ debet vocari aduerſarius corã cognoſcẽte de di-
ſpẽſatione,& cauſſæ lęſionis ꝓponi & cõmunicari eidẽ, vt reſpõ-
deat:alioquin nullã gratiã ait eſſe Gui.Pap.q.225.& 140.& deciſio
capellę Thol.62.facit c.licet canon,de electio.in Sex.l.iura,ſi per
vim vel al.mo.C.l.de vnoquoq;,de re iud. P. Debetq; præcedere
ſummaria cognitio ſuper cauſſis diſpenſationis,an eã fieri ſuadeat
vtilitas,neceſſitas vel aliud iuſtum,*iuxta l.ſed ſi hac l.§ prætor ait,de
in ius voc.c.requiritis,§.niſi rigor,1.q.7.cũ ſeq.canonib.* Notabis ta-
mẽ praxim cum diſtinctione quã Aufrerius ſeruari dixit,ad deciſ.
præd.capel.Thol.62.quod quando gratia iuramenti ab epiſcopo
vel eius vicario petitur,vt obligatio tollatur quæ contracta erat,
tunc eſt neceſſaria partis vocatio,& ſic procedere prędictas inter-
pretum ſententias.Si vero abſolutio petatur, nõ vt obligatio tol-
latur,ſed ad habilitandam perſonam,vt non obſtante iuramento
poſſit detegere fraudẽ aut dolum ipſius cõtractus: non ſit aduer-
ſarii neceſſaria vocatio,quia ius eius ſaluũ remanet & imminutũ,
vt poſſit defendere,quã diſtinctionẽ ſequitur Oldrad.conſi.120.
Sicq; ad effectum agendi,poteſt parte non vocata iuramento di-
ſpenſari:non ad effectum cauſſę vel probationis,vt notat quoque
Rota,deciſ.767.in antiquis. ¶ † Finis diſpenſationis iuramenti in 13
contractibus,vt ęquitas,per quã contractus improbati iure ciuili
ſint ex cauſſa,etiam non obſtante iuramento locũ habeat. Vt ſi a-
gatur de vſurario,de facto contra Macedonianũ,de donatione in-
ter coniuges,de alienatione fundi dotalis,de quib.& aliis tractat
Gui.Pap.deciſ.224.In ſumma in aliis etiã finis eſt cauſſa iuſta,ſine
qua nec putat Felinus poſſe etiam ſummũ Põtificem diſpenſare,
*Fel.in c.conſtitutus,n.18.de reſcr.Butr.& Domin.de S.Geminia.c.2.
de renuntia.in Sex.* Exceptis 2.caſibus:primus,ſi eſſet iuratũ ſuper
actu,in quo eſſet excepta auctoritas ſummi Pontificis: quia tunc
poſſet ſine cauſſa diſpenſare,*Gemin.in d.c.2.Io.And.in c.quanto,de
iureiu.* Secundus ſi nollet omnino tollere iuramentũ,ſed dilatio-
nem aliquam ſuper obſeruatione iuramenti indulgere: quia qui
per hanc gratiã differret,non poſſet dici tranſgredi iuramentum,
*arg.c.non eſt,de voto,c.ancillam,32.q.2.c.nemo deſperandus,de pœni.
diſt.7.l.quoties,de prec.Imp.offe.l.ſi debitori,de iud.* ¶ † Notandũ ta- 14
men,iuramento in contractibus reprobatis adhibito, etſi iurans
ex eo nõ poſſit propter periculũ periurii ſine diſpẽſatione agere:
tamen heredẽ iurãtis poſſe ſine diſpenſatione in contrarium ex-
periri,quia in eum illud perſonale periculũ non trãſit,*Inn.& Ho-
ſti.in c.veritatis,de iureiu.* Vide Gui.Pap.de hoc deciſ.*224*. ¶ † Re- 15
miſſio poſtremo loco,impedit periuriũ.Ea fit vel antequam iure-
tur:vel poſtquã iuratum eſt,*l.nã poſtea.§.dato,de iureiur.P.l.actor,
C.eo.* Remittit iuramentũ,qui defert ante iuramentũ:cum aduer-
ſario parato iurare,contentus eſt voluntate ſuſcepti iuramenti,*in
l.rem tuit,6.de iureiu.P.* Et remittitur poſtea iuramentũ ab eodẽ,ſi
alterius non interſit iuramentum conſeruari,& ita liberat a iuriſ-
iurandi obligatione,*Fel.in c.ex adminiſtrationis,de iureiu per illud
c.& per c.2.de ſponſ.c.2.de renuntia.c.ſignificauit,de cenſi.l.fi.qui & a
quib.iur.l.P.* Et quamuis Deo etiã factũ ſit iuramentum,tamẽ quia
in vtilitatẽ deferentis iuratum eſt,eo remittente remiſſum a Deo
cẽſetur *Fel.in d.c.ex adminiſtrationis,n.2.vbi reſtringit.* niſi in præ-
iudicium animę reuocaretur,vel ad diminutionem cultus diuini,
quæ omnia firmat Gulí.de monte Lauduno,in clem.1.de vſur. In
ſumma Piſana,in ver.iuramentum.Et niſi poſt iuramentũ remiſ-
ſionẽ peteret quis periurii,*idẽ in c.præterea, n.33.de ſponſ.* Accedit
ratio l.nihil tam naturale,de reg.iur.c.1.eo.apud Greg.l.ſi quis in
conſcribẽdo,C.de epiſc.& cler.& de pact.Dummodo qui remit-
tit,idoneus ſit:vt ſi nõ ſit pupillus,*l.iuriſiurãdi,32.de iureiu.P.* Pro
remiſſione tacita autẽ habetur,ſi nollet qui detulit, iurare de ca-
lumnia,*l.ſi non fuerit,37.* Et ita cũ ſumma ope Dei,& ſingulari eius
beneficio:poſtrema manus impoſita eſt huic operi Syntagmatis,
cuius immortales æternæq; ſint actiones gratiarũ, honor & glo-
ria,nunc & in ſecula ſeculorum,Amen.Deo enim vnico optimo,
maximoq; maximas habeo gratias,quã ido omnia euenere nobis,
vt opinor,proſpere.Scio tamen & mihi conſcius ſum,non omnia
ab omnibus approbanda:variæ enim hominũ ſentẽtiæ,nec voto
viuitur vno.Et certe non tã temere vel audacter de me ſentio, vt
putẽ ſemper omnia vere vel ſufficiẽter tradidiſſe. Noui humanũ
eſſe labi,errare,& decipi.Veruntamẽ Deum obteſtor, numquã
vel malitioſe vel ambitioſe quicquã,vel inuidia interpretũ aliorũ
annotaſſe vel carpſiſſe:ſed ꝓut mihi rectius videbatur. Relinquo
quoq; doctis omnib.de me,& eorũ quę ſcripſi liberum iudicium:
emẽdaturus,ſi eo fauore me dignẽtur,ſi quæ reprehẽſione digna
videbuntur,admonuerint.Sic enim iuuandã Remp.Chriſtianam
noſtris laboribus exiſtimaui ſemper optimum,vt nunquã veren-
dum ſit,bene agere,& dicta perperã emẽdare,homini bene nato
putauerim.Deus enim ſolus irreprehenſibilis eſt, qui pluſquam
Mæcenatis hactenus mihi perpetuo præſtantiſſimũ prębuit au-
xilium.Mirantur autẽ quidam, quod Deum nomine Mæcenatis
etiã appellem.Sed cũ virtus illius equitis Męcenatis Romani,per
quẽ literati fuerunt fauore donati ſuo tẽpore,a Deo fluxerit:non
eſt quod mirẽtur,ſi ob hunc fauorẽ quo Deus hactenus me pro-
ſecutus eſt,Męcenatẽ,ſed ſæpius plus quã Mæcenatẽ meum dixe-
ro.Quemadmodum Deus idẽ non aſpernatur titulos humiliores
animalium ab ea parte qua valent Deo auctore: vt Leonis, Phœ-
nicis: Agni, Aquilæ,&c.Et Elementatorum,vt lucis,vineæ: tamẽ
in omnibus quæ dixi ſcripſique, fidei Catholicæ non abnuo,imo
ſequar cenſuram & iudicium.

*F I N I S.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN